

CCXLV.

II. Lajos király megparancsolja a kolozsmonostori conventnek, hogy Apafi Lénárt özvegye Dorottya részére kelt nyílt parancslevelét adja meg Szapolyai János erdélyi vajdának, Barlabási Lénárt alvajdának, és Maros szék esküdt biráinak, s eljárásáról tegyen jelentést. Kelt Budán 1520. január 9-dikén.

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie etc. Fidelibus nostris Conuentui Monasterij beate Marie Virginis de Colosmonostr. Salutem et gratiam. Mandamus fidelitati vestre harum serie firmiter, quatenus acceptis presentibus alias literas nostras preceptorias patentes pro parte Generose domine Dorothee, Relicte quondam Leonardi Apafi de Apanagyfalwa confectas, fidelibus nostris, Spectabili ac Magnifico Joanni de Zapolya Comiti perpetuo terre Scepusiensis, ac Wayuode Regni nostri Transsylvuano et Siculorum nostrorum Comiti, Egregio Leonardo Barlabasij Vice Wayuode suo, item **Juratis Assessoribus Sedis Maros** sonantes, et cum presentibus vobis exhibendas, per vestrum idoneum testimonium eidem Joanni Wayuode, ac Leonardo Barlabasij Vice Wayuode eiusdem, necnon Juratis Assessoribus dicte Sedis Maros exhiberi et presentari faciatis, et quidquid iidem ad contenta earundem literarum nostrarum dixerint vel fecerint, Maiestati nostre fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima post festum Epiphaniarum domini Anno eiusdem M. D. vicesimo.

(P. H.)

Lecta.

Eredetije a kolos-monostori convent levéltárában. — Másolata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplom. Trans. Appendix IX. köt. 55 szám).

CCXLVI.

II. Lajos király Sepsi-Szentgyörgy mezőváros részére, régibb kiváltsága értelmében tartatni szokott egy országos és keddi heti vásárain kívül még Keresztelő Sz. János és Lukács evangelista napjain tartandó két országos vásárra újabb engedélyt ad. Kelt Budán 1520. maj. 27. dikén.

Nos Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilimum supplicationem per eos nostre propterea factam Maiestati, tum vero pro augmento commodoque et vtilitate populorum, Ciuium et Incolarum **Oppidi nostri Sepsi Zenthgewrgh** vocati, in partibus Regni nostri Transsylvaniensibus existentis, et habiti, nundinas liberas sew fora annualia libera singulis tercijs ferijs post dominicam Reminiscere immediate sequentibus omni anno, nec non forum hebdomadale similiter singulis tercijs ferijs in qualibet hebdomada, quibus videlicet prefati populi, Ciues et Incole predicti Oppidi Sepsi Zenthgewrgh ex concessione diuorum quondam Regum Hungarie nostrorum scilicet predecessorum eidem Oppido nostro Sepsi Zenthgewrgh vocato, consequenterque ipsis facta vsi fuisse, literasque superinde sufficientes habuisse, sed easdem casualiter amisisse dicuntur, Item similiter nundinas liberas, sew fora annualia libera singulis festiuitatibus natiuitatis beati Johannis Baptiste et Sancti Luce Euangeliste, alijsque diebus ipsas festiuitates precedentibus et sequentibus ad ea scilicet necessario aptis et sufficientibus, omni anno, omnino sub diebus, libertatibus et prerogatiuis, quibus nundine sew fora annualia libera aliarum liberarum Ciuitatum, Oppidorum sew villarum huius Regni nostri et dictarum partium Transsylvanarum celebrantur, denuo et ex nouo perpetuo celebrandas duximus annuendas et graciose concedendas, Imo annuimus et concedimus presencium per vigorem, absque tamen preiudicio nundinarum seu fororum annualium, sed et hebdomadaliu liberorum aliorum quorumcunque. Quocirca vos vniuersos et singulos mercatores, institores,

et forenses homines, atque venditores quoslibet, serie presencium affidamus, assecuramus, et certificamus, quatenus ad predictas nundinas liberas, sew fora annualia libera, sed et hebdomadalia, singulis diebus et festiuitatibus premissis per Nos in prefato Oppido Sepsi Zenthgewrgh modo premissa celebrari commissa et concessa, cum omnibus mercancijs, rebusque et bonis vestris quibuslibet secure, et sine pauore ac formidine rerum, bonorum, ac personarum vestrarum veniatis, properetis, et accedatis, peractisque inibi cunctis negociacionibus vestris ad propria, vel alia, quo malueritis, loca redeatis, saluis semper rebus ac bonis, atque personis vestris, sub nostra proteccione et tutela speciali permanentibus. Et hec volumus per fora et alia loca publica, vbi necesse fuerit, palam et manifeste facere proclamari, presentes autem, quas secreto Sigillo nostro, quo vt Rex Hungarie vtimur, impendenti communiri fecimus, post earum lecturam semper et vbique reddi presentanti. Datum Bude in festo Pentecostes Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo, Regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie quinto.

Relacio Magistri Nicolai Episcopi Agriensis Secretarij Regij.

N. Prepositus Agriensis.

I. Rákóczi György 1641. majus 8-diki megerősítő leveléből.

CCXLVII.

Laskai János viddini püspök, a minorita rend magyarországi főnöke csik-somlyai Bernát kérelmére, IV. Jenő pápának a csik-somlyai kolostor részére 1439-ben kiadott levelét hitelesen átírja. Kelt Ó-Budán 1520 július 27-dikén.

Nos Nicolaus de Lasko dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Bodonensis ¹⁾ ac Commendatarius Lectoratus Budensis, Vniuersis et singulis presens transsumpti instrumentum inspecturis et visuris attestamur et significamus, quod nostram in presenciam ac-

¹⁾ Bodon, a mai Viddin Bolgárországban.

cedens Reverendus frater **Bernardinus de Somlyo** ¹⁾ Ordinis minorum de regulari obseruancia, Minister Prouincie Hungarie, exhibuit nobis et presentauit ad transsumendum pro cautela fratrum suorum quasdam litteras Sanctissimi condam domini Eugenij Pontificis IV. more Curie Romane rite et legitime emanatas, non abrasas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, quarum tenor de verbo ad verbum sic sequitur. **Eugenius Episcopus** Seruus Seruorum Dei stb. (Lásd: 1439-re fõntebb **I. köt. 142—144. I.**) Quibus quidem litteris diligenter inspectis, quia easdam illesas ac authenticas, et in nulla sui parte suspectas aut viciatas comperimus, ideo ipsas in hanc publici transumpti formam redigi fecimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude veteri in domo solite residence nostre sub proprij Sigilli nostri appensione, Anno a natiuitate domini Millesimo quingentesimo vigesimo, Indiccione octaua, die vero vigesima septima mensis Julij, hora quinta vel quasi, Pontificatus Sanctissimi domini nostri Leonis Pontificis X. anno octauo, presentibus ibidem Nobilibus Mathia de Pilis, Francisco de Kuthas, ac Jacobo de Kondola, literatis testibus, ad premissa vocatis et presentibus.

Et ego Magister Fabianus natus quondam Pauli Kerek de Borosjenyew, Diocesis Wesprimiensis publicus sacra Apostolica auctoritate Notarius, quia premissis omnibus et singulis, dum sic, vt premittitur, fierent et agerentur, vnacum prenominatis testibus presens fui, atque omnia et singula sic fieri vidi et audiui, ideo hoc presens publicum transumpti instrumentum manu alterius fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi et publicauit, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis consignauit, ac prefati domini Nicolai Episcopi sigilli appensione signauit, in robur et testimonium omnium et singulorum, rogatus et requisitus.

A kolozsvári Sz. Ferencz rendiek levéltárából közölte gr. Kemény József, Magazin für Gesch. Siebenb. von Anton Kurz II. köt. 26. 1.

¹⁾ Somlyó alatt **Csik-Somlyó** értendő.

CCXLVIII.

Szapolyai János erdélyi vajda és székelyek ispánja, néhai Szárhegyi Lázár András fiainak, Jánosnak és Ferencznek, Kisfaludon Székely - Vásárhely mellett lévő birtokrészére, t. i. a helység felére, mely a hűtlenségben elmarasztalt Lázár Jánostól és Ferencztől az ő birói kezére került, s általa Szentgyörgyi Tóth Jánosnak adományoztatott, Tóth János beigtatásának minden ellenmondás nélkül megtörténte után, neki és maradékainak kiváltságlevelet ad. Kelt Székely-Vásárhelyt 1521. febr. 21-dikén.

Nos Joannes de Zapolija Comes perpetuus terre Scepusiensis Waywodaque Transsilvanus et Sicularum Comes Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod cum nos debitum habentes respectum ad preclara Egregij **Joannis Thoth de Zenthgijewrgh** seruiciorum merita, quibus ipse in plerisque rebus et factis debitisque locis et temporibus non parcendo corpori, et Rebus suis semper indefesse nobis gratum se reddere studuit, et acceptum, volentes propterea Nosquoque eidem aliquo Munificencie antidoto occurrere, atque subuenire, **Totales porciones possessionarias Nobilium et Agilium Joannis et francisci filiorum condam Andree lazar de Zarhegh, in possessione kjsfalwd vocata, in confinibus oppidi istius Zekelwasarhei vocati existentis habitas**, Que ex eo quod ijdem Joannes et franciscus Racione incineracionis atque combustionis, et minusiuste depopulacionis et distraccionis domorum quorundam Sicularum, in Nota perpetue infidelitatis coram Nobis ordine Judiciario condempnati sunt, Eedemque porciones, ad nostras Judiciarias deueniunt manus, simulcum omni Jure nostro, si quod in hijsdem porcionibus possessionarijs habere dinosceremur, pariter cum cunctis earum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, sub suis veris metis, et antiquis existentes Memorato Joanni Thoth suisque heredibus et posteritatibus vniuersis dederimus donauerimusque et contulerimus, et ad earundem porcionum possessionariarum statucionem faciendam et peragendam nostrum hominem videlicet Magistrum Albertum de Zalonkemen, sedis nostre Judiciarie Notarium, de Sede nostra Judiciaria trans-

missemus, Idem exinde ad Nos reuersus nobis retulit, eomodo, Quod ipse feria tertia proxima post dominicam Inuocauit altero scilicet die collacionis nostre prescripte, ad faciem possessionis kjsfalwd predictae nonnullis vicinis et commetaneis eiusdem presertim vero Nobilibus et Agilibus Mathia litterato de fratha, Blasio de Band paulo Sijkesd de Jed petro Berzethe de Zewerd, dominico Zabo, Ambrosio Captas, et Anthonio dersij de predicta Wasarhel, In ibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, Ibique eandem possessionem In duas rectas et equales diuisissent et sequestrassent partes, Quarum directam et equalem medietatem a parte predicti oppidi Wasarhel habitam, porciones vtputa prefatorum Joannis et francisci Lazar simulcum medietate cuiusdam Molendini Ibidem habiti, alijs etiam cunctis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Memorato Joanni Thoth, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, vigore premissae nostre donacionis statuisset perpetuo possidendam, Nullo contradictore apparente, Quaquidem relatione prefati Magistri Alberti exaudita, quia ex Serie premissae suae exequucionis Idem termino in scripto Juxta nostram requisicionem ad faciem dicte possessionis kjsfalwd consequenterque porcionum prefatorum Joannis et francisci Lazar in eadem habitatum vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis In ibi legitime conuocatis et presentibus accessisse, et pretactam Medietatem dicte possessionis kjsfalwd, Momorato Joanni Thoth, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis statuisset, et commisisse reperiebatur, Iccirco Nos cum Regni Nobilibus, Nobiscum in Iudicio existentibus, prescriptam medietatem dicte possessionis kjsfalwd, Eidem Joanni Thoth, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, ordine quo supra statutas relinquimus et committimus cum dictis vniuersis vtilitatibus Jure sibi ex premissis attinente, in sempiternum tenere et habere Auctoritate nostra Iudiciaria mediante Saluo Jure alieno In Cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et attentici (igy) Sigilli nostri munimine roboratas Eidem duximus concedendas, Datum in oppido Zekelwasarhel predicto Tercio die termini prenotati Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo primo.

Majlád István erd. vajda 1535 nov. 6-dikán kelt ítéletleveléből (Lásd alább COLXIV. sz. alatt).

CCXLIX.

Szapolyai János erdélyi vajda és székegyek ispánja a hűtlenségben elmarasztalt Balaskó Jánosnak, Balaskó Imrének és Becz Imrének Fejér vármegyében Szárazpatakon és Szent-Jánoson lévő részjóságait s Arokközi nevű földjét, melyeket azok Torjai Apor István, László és Mihály ősseitől zálog czímen bírtokoltak, az említett Aporoknak adományozza. Kelt Segesvártt 1521. martius 6-dikán.

Nos Joannes de Zapolya Comes perpetuus terre Scepusiensis, Wayuodaque Transsylvanus et Siculorum Comes etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos debitum habentes respectum ad preclara Agilium **Stephani, Ladislai et Michaelis Apor de Torija** seruiciorum merita, quibus ipsi in plerisque rebus et factis debitisque locis et temporibus, non parcendo corpori et rebus suis, semper indefesse nobis gratos se reddere studuerunt et acceptos, volentes propterea nos quoque eisdem aliquo munificencie antidoto occurrere atque subvenire, totales porciones possessionarias Nobilium et Agilium **Joannis et Emerici Blasko**, necnon alterius **Emerici Becz**, in possessionibus Szárazpatak et Zenth Janos, necnon quandam particulam terre Arokkewzi vocatas, in Comitatu Albensi Transsylvanie existentes habitas, quarum utputa certa pars ex inseripcione et obligacione progenitorum prefatorum Stephani, Ladislai et Michaelis Apor, erga manus dictorum Joannis et Emerici Blasko ac alterius Emerici Becz titulo pignoris extitisset, que ex eo, quod ijdem Joannes et Emericus Blasko ac alter Emericus Becz racione presertim incineracionis atque combustionis domorum quorundam Siculorum, atque insurreccionis contra Maiestatem regiam nostramque personam ¹⁾, vbi scilicet ipsi vniuersitatem Siculorum commouere, exstructisque bellicis machinis, conflatis in vnum viribus, manus ipsorum violentas iactare,

¹⁾ A székegyek ezen fölkelése 1519-ben történt. Hasonl. főntebb I. köt. CCXLI. sz.

et more hostili contra nos animose aggredi et bella attentare veriti non fuissent, et ex eo in nota perpetue infidelitatis condemnati extitissent, vniuersa bona et quelibet iura ipsorum possessionaria in sacram regni coronam, consequenterque Maiestatem regiam et nostras, tamquam manus Judiciarias deuolui debuissent, et condescendi, riteque et legitime deuolute essent et redacte, simul cum omni Jure nostro, si quod in eisdem porcionibus possessionarijs et pretacta particula terre qualitercunque haberemus, aut nos ex quibuscunque causis, vijs, modis et racionibus concernere viderentur, pariter cum cunctis earum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, syluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorijs, aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum earundem integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis existentibus, memoratis Stephano, Ladislao et Michaeli Apor, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis dedimus, donauimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Ciuitate Segesuariensi, feria quarta proxima ante festum beati Gregorij Pape, Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo primo.

Ad relacionem Francisci Cherij Cubicularij Domini Comitiss.

1584-diki hiteles átirata a gyula-fejérvári káptalan levéltárában. — Ennek 1725-ben b. Apor Péter által vétetett hiteles másolata kiadva B. Apor Péter munkáiban, Monum. Hung. Historica II. oszt. Irók. XI. köt. 104—106. l.

CCL.

Szaniszlófi Báthori István erdélyi alvajda és székelyek alispánja megparancsolja a hét székely szék kapitányainak és tisztjeinek, hogy a székely-vásárhelyi lakosokat, kiket a jelen hadjáratban való megjelenéstől jövődjéig újabb rendelkezéséig ideiglenesen fölmentett, a hadban megjelenésre ne erőltessék s őket e miatt ne háborgassák. Kelt Szent-Ágothán 1521. jun. 17.

Stephanus Zaniizloffy de Bathor, Wiceuayuoda Transsiluanus, et Siculorum Wicecomes Egregijs **Capitaneis Judicibus primipilis primoribus ceterisque pocioribus Septem Sedium Siculicalium**, ceterisque sollicitatoribus Quarumlibet Gencium presentis exercitus et alterius cuiusuis status et condicionis hominibus presentes visuris vniuersis, Salutem cum honore, Quia nos certis et Racionabilibus de causis, Incolas et Inhabitatores **opidi Zekelwassarhel**, ab Ingressu presentis exercitus Interim, Quousque a nobis aliam habueritis Informacionem In commissis exemptos et supportatos habemus. Immo eximimus et supportamus Eomodo vt sese promptos et paratos tenere debeant, Quocirca Requirimus Igitur vos et Nichilominus vobis In persona domini nostri graciosissimi domini Johannis Comitis et Wayuode, firmissime committimus Quatenus statim receptis presentibus prescriptos Incolas et Inhabitatores dicti opidj Zekelwassarhel contra formam premissae nostre exempcionis, vt prefertur donec a nobis aliam habueritis Informacionem ad Ingrediendum dictorum exercituum artare et compellere, exindeque eisdem tam in personis Rebusque et bonis ipsorum Quouismodo turbare, atque dampnificare, nusquam et nequaquam presumpmatis, Nec sitis ausi modo aliquaj Secus igitur nulla, Racione facturi, presentibus perlectis exhibenti Restitutis. Datum In Zenthagotha feria secunda proxima post festum Beatorum Viti et Modesti Martirum Anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo primo.

(P. H.)

Eredetije M. Vásárhely város levéltárában.

CCLI.

Tordai Pál gyula-fejérvári kanonok s az erdélyi püspök vicarius, meghagyja a hidvégi, baróthi és árapataki lelkészeknek, hogy Demeter mesternek, a gyula-fejérvári Szűz Mária oltára igazgatójának, báránydézsmálásra kiküldött szolgáját, ki ezen jövedelemről számot adni nem akar, s attól lehet tartani hogy elszökik, idézze ő elébe. Kelt Gyula-Fejérvárt 1522.....

Paulus de Thorda Canonicus ecclesie Albensis Transsiluane necnon Reuerendissimi In Christo Dei et Apostolice Sedis gracia Episcopi Transsiluaniensis Vicarius In..... Honorabilibus N. de **Hydwegh** N. de **Barolth** et N. de **Arapathaka**... ..Hydwegh In christo fratribus dilectis Salutem cum dilectione. Ex Re(lacione).....(Demetrij) Arcium liberalium Magistri Altaris Beatissime virginis Marie hic Albe const(ituti Rectoris).....litteratus Seruitor suus pro decimacione Agnelorum deputatus Eidem.....(Racionem) Reddere nolisset Quia autem de fuga illius timendum esse fertur Ob hocab eodem de Reddenda Racione super dictis prouentibus sufficientem Atq(ue).....(Caucionem) prestare Noluert sed vobis de fuga ipsius ac de non parendo Juri Tamdiu quoad ipsam Caucionem prestiterit Realiter et cum effectu.....dicti Magistri Demetrij Ad Quintam decimam diem a die vestre Cita(cionis) (si)dies ipsa Quinta decima Juridica fuerit Alioquin ad proximam diem Juri(dicam).....peremptorie citetis presenciam Querelis et Obiectis eiusdem Magistri Demetrijet singulos Actus Judiciarios Incumbentes.....consuetis terminis et declaracionibus vt moris est.....allegaturum et Recepturum Id Quod iustum fuerit et Ordo dictauerit Racsiue ipse in dicto termino Citacionis compareat coram Nobis siue non, N(os).....Sed per edictum In foribus huius Ecclesie Albensis Transsiluane predicte..... (coram) Nobis comparentis Instanciam Id faciemus In premissis Quod Juri vid(ebitur expediri)..... Citationis et Certifica-

cionis vestrarum huiusmodi simulcum nomine et.....
ad predictum.....Rescribatis Presentes in specie remit-
tendo Datum.....(Anno) Domini Millesimo
Quingentesimo vigesimo Secundo.

Eredetije papiron, aljára nyomott pecséttel, gr. Nemes Ábrahám ajándékából, az erd. Muzeumban, — Az oklevélnek, mely három részbe volt hajtva, utolsó harmada a gr. Nemes család hidvégi levéltárának földulatasakor 1849-ben elveszett, és így minden sor utolsó része hiányzik.

CCLII.

Csúcsi Thomori István erdélyi alvajda és székelyek alispánja megparancsolja három megnevezett székely birtokosnak, hogy, miután néhai Andrásfalvi Balássi István minden székely örökségeinek felét Nyujtódi István és fia Demeter perrel elnyerte és végrehajtási uton birtokba is vette, minthogy az említett Balássi István a megnevezett Nyujtódiak ellen két külön czim alatt még 400 arany forintban is el volt marasztalva, ezen 400 arany forint fejében foglalják el Maros széken lévő minden székely örökségét és 400 forintban zálog czimen adják át Nyujtódi István és Demeter birtokába. Kelt Csúcsen 1523. apr. 8-dikán.

Stephanus Thomorij de Chwch, Wicewayuoda Transsylvanus et **Siculorum Vicecomes** etc. Agilibus **Laurencio Pozon de Zent Imreh**, **Nicolao de Seprewd**, et **Mathie de Bere** ¹⁾, Salutem et honorem Noueritis Quod Egregius **Demetrius Nijwythodij** sua ac Egregij **Stephani Nijwythodij**, patris sui nominibus et In personis nostram veniendo in presenciam, exhibuit et presentauit Nobis, Quasdam litteras Adiudicatorias domini nostri graciousissimi domini Johannis comitis et Wayuode, In quibus Inter cetera vidimus contineri, Qualliter ijdem Stephanus et Demetrius Nijwijthody, Juxta Judiciariam deliberacionem eiusdem domini nostri graciousissimi, directam et equalem medietatem vniuersarum hereditatum Siculicalium Agilis

¹⁾ Nyárad-Szent-Imre, Seprőd, és Bere Maros széki falvak.

condam **Stephani Balassij de Andrasfalwa** ¹⁾ Juris ordine prosepis Reocupauissent, In quarum pacifico dominio eosdem Egregij ac Agiles **Petrus Mijhalfy de Koronka, Ladislaus Kemen de Zenthgergh,** ac **Mathias literatus frathaj de Zenthmijklos** ²⁾, Restatuissent Insuper Idem Stephanus Balassij, contra eosdem Stephanum et Demetrium Nijwythody In facto cuiusdam vinculi et obligaminis, In ducentis florenis Auri In duabus Judiciario, dicto domino nostro graciousissimo, In tercia vero partibus parcium scilicet aduersarum prouenientibus, Item in facto cuiusdam dampni pefatorum Stephani et Demetrij Nijwijthody iam dictus Stephanus Balassy similiter contra eosdem Stephanum et Demetrium Nywythody, In alijs ducentis florenis omnino eisdem cedentibus conuictus fore agnoscebatur, Vude ipsis Stephano et Demetrio Nywythody sed et dicto domino nostro graciousissimo nulla penitus solucio et satisfaccio Impensa. fuisset, Et quia frustra forent Judicia si ea que Judicialiter decernuntur debite exequucioni non demandarentur Requirimus igitur vos et Nichilominus vobis In persona prefati domini nostri graciousissimi swb oneribus Sedecim Marcarum firmissime committimus, Quatenus agnitis presentibus, ad facies cunctarum hereditatum Siculicalium annotati condam Stephani Balassij heredumque et filiorum eiusdem vbilibet In Sede Maros habitaram vicinis et conmetaneis earundem vniuersis Inibi legitime conuocatis et preuentibus accedentes, easdemque hereditates Siculicales. simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencys Quibuslibet pro prescriptis Judiciorum oneribus Quadringentorum florenorum, pignoris titulo, Manibus dictorum Demetrij et Stephani Nijwijthodij, statuere debeatis, tenendas possidendas pariter et habendas, donec quousque illis quibus congruit, Redimantur. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti Restitutis Datum In possessione Chwch prefata In festo beati Dionisy Martiris Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo tercio.

(P. H.)

Eredetije papíron a gr. Eszterházy János gyűjteményében Kólozsvártt.

¹⁾ **Andrásfalva** Maros széken a Nyárád mellett.

²⁾ **Koronka, Szent-György** (Maros- és Erdő-) és **Szent-Miklós** (Káposztás-) Maros széki falvak.

CCLIII.

Héderfáji Barlabási Lénárt erd. alvajda és székelyek alispánja bizonyítja, hogy törvényszéke előtt Panyiti Alárd Ferencz azt a pert, melyet Frátai Mátyás ellen két Maros széki Ábrán nemén s Uj ágon lévő löfőségért Maros széken indított s onnan Udvarhelyre s végre a vajdai székre vitt, miután a 6 márkát, melyben Maros és Udvarhely széken patvarkodás czimén az alperes ellen elmarasztatott, két harmad részben az ő, mint biró, egy harmad részben pedig az alperes részére lefizette, teljesen megszüntette. Kelt Héderfáján 1524. január 13-dikán.

Nos Leonardus Barlabassij de Hederfaija, Vicewayuoda Transsiluanus, et Siculorum Vicecomes etc. Damus pro memoria, Quod Nobis feria quarta proxima, post festum Beati Pauli primi heremite vnacum Nonnullis harum parcium Transsiluanarum Nobilibus et Siculis, hic in possessione nostra Hederfaija predicta constitutis et existentibus, Simon Zekel de Bergenije, pro Egregio et Agile **francisco Alard de Panijth**, cum nostris, vt actore ab vna, presente Ibidem et adherente Egregio simililer et Agile Mathia de fratha, pro quo Stephanus Palfij de Zenth-Mijklos, modo simili cum nostris litteris procuratorijs, velut in causam attracto, coram Nobis astitit, partibus ex altera, ligittime Transmissionis modum obseruando, ac in figura nostri Judicij comparendo, prefatus procurator dicti actoris, in persona eiusdem, Causam Illam, quam Idem actor, contra ipsum in causam attractum, racione et (pre)textu quorundam **duorum primipilatuum, in genere Abran (et ra)mo Vijaag vocato existencium habitorum in sede Maros** mouisse que ad Vdwarhel et tandem ad sedem Waijuodalem nostram sc(ilicet prese)nciam, per viam interrogacionis deduxisse dinoscebatur, (racione cuius Idem actor in pretactis sedibus siculicalibus Maros et Wdwarhel, in facto quoque calumpnie, contra eundem in causam attractum, Juridice convictus fuisse perhibebatur, cum solito onere sex Marcarum In duabus Nobis Judici, in tertia vero partibus, annotato in causam attracto, parti scilicet aduerse, persoluto, deposuit condescendique et sopiri fecit coram Nobis, harum nostrarum vigore et

Testimonio litterarum mediante, Datum Loco et termino in prenotatis, Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo quarto.

Lecta.

(P. H.)

Eredetije papiron az aljára zöld viaszba nyomott ép pecséttel, az erd. muzeumban (b. Orbán Balázs adományából).

CCLIV.

Csúcsi Thomori István erd. alvajda és székelyek alispánja bizonyítja, hogy Keresztúri Nyujtódi Demeter bemutatta előtte Frátai Mátyás, Koronkai Mihályfi Péter és Szentgyörgyi Kemény László levelét, melyben bizonytságot tesznek arról, hogy a mult 1523. évben bőjt közepe táján, Szapolyai János erd. vajda ítéletlevele értelmében, néhai Andrásfalvi Balássy István Maros széken lévő minden székely örökségének felét néhai Kereszturi Nyujtódi Istvánnak és fiának Demeternek minden ellenmondás nélkül birtokukba adták. Kelt Csúcson 1524. július 6-dikán.

Nos Stephanus Thomorij de Chwch ViceWayuoda Transsylvanus et Siculorum Vicecomes etc. Memorie conmendamus per presentes Quod Egregius Demetrius Noijthodij de kerezthwr, nostram personaliter veniendo in presenciam, exhibuit nobis et presentavit Quasdam literas Egregiorum et Agilium Mathie de fratha, Petri Mijhalfij de korona, et Ladislai Kemen de Zenthgijewrgh, In quibus inter cetera continebatur. Quod ipsi In anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Tercio, circa medium Quadragesime tunc preterito transactum Juxta continenciam litterarum Spectabilis et Magnifici domini nostri graciousissimi domini Johannis de Zapolija Comitis et Waijuode, adjudicatoriarum super facto Jurium Siculicalium condam Stephani Balasij de Andrasfalwa emanatarum, accessissent ad possessionem Andrasfalwa predictam, Ibique vigore earundem litterarum mediam partem uniuersarum hereditatum prefati condam Stephani Balasij in eadem possessione Andrasfalwa et aliarum ubilibet in Sede Maros existencium et habitatura, presen-

tibus Agilibus Nicolao de Seprewd, Nicolao de eadem, Laurencio Posen de Zenth Imreh, Georgio de Bere et Andrea de eadem. uniuersis eciam Incolis et inhabitatoribus illius possessionis Andrasfalwa, alijsque quam pluribus tunc Inibi legitime conuocatis, Egregio condam Stephano Noijthodij de Kerezthwr, et memorato Demetrio Noijthodij filio suo, Restatuissent perpetuo possidendam, Nullo penitus contradictore Inibi apparente. Datum in dicta possessione nostra Chwch predicta feria quarta proxima ante festum Beate Margarethe Virginis Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigessimio Quarto.

(P. H.)

Eredetije papiron a gr. Eszterházy János gyűjteményében Kolozsvártt.

CCLV.

II. Lajos király megparancsolja a székelység, különösen Sepsi szék tiszteinek, hogy Sepsi-Szentgyörgy mezőváros lakosait régi szabadságaikban ne háborgassák, szokatlan fizetésekkel, ne terheljék, gyűlésbe vagy hadba menetelre ne kényszerítsék, minthogy azok neki megígérték, hogy gyűlésbe és hadba is elmennek, mikor a többi városok lakosai mennek, s a király és vajda részére a szokásos fizetéseket a szomszéd székely mezővárosok módjára teljesítik. Kelt Budán 1525. április 7-dikén.

Commissio propria domini Regis.

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Agilibus viris **Capitaneis, Judicibus Regijs et terrestribus, primipillis, ceterisque primoribus et pocioribus, necnon Assessoribus trium generum Siculorum, et presertim Sedis Sepsi,** presentibus et futuris, presencium noticiam habituris Salutem et gratiam. Cum **Oppidum nostrum Sepsi Zenthgewrgh** vocatum ex indultu diuorum Regum Hungarie nostrorum predecessorum bone memorie, nostraque graciosa confirmacione multis modis sit dotatum et libertatum, nolumus, ut Ciues nostri et incole eiusdem Oppidi per quempiam ex vobis in eorum libertatibus grauentur et perturbentur. Quare fidelitatibus vestris et vestrum cuilibet harum serie sub

indignacionis nostre pena mandamus firmissime, quatenus a modo deinceps predietos ciues et inhabitatores annotati Oppidi nostri Sepsi Zenthgewrgh inconsuetis solucionibus et compulsionibus accedendi vel ad congregacionem vel ad bellum, grauare et onerare nullo modo nulaque racione audeatis. Nam cum ijdem nostri Ciues sint specialibus prerogatiuis prouisi, non conuenit, vt contra formam illarum, maxime extra consuetum grauentur. Parati autem sunt ipsi quoque, ut Nobis promiserant, **tam ad congregaciones quam eciam ad bella proficisci**, dum Ciues aliorum Oppidorum profici-scantur, et iustas consuetasque tum Maiestati nostre tum Waijuodis nostris soluciones, **more et instar aliorum circumvicinorum Oppidorum Siculicalium** reddere et facere. Extra hoc igitur nemo vestrum paccionibus et inconsuetis solucionibus alijsque oneribus audeat eosdem Ciues nostros de Sepsi Zenthgewrgh posthac impedire et vexare, gracie nostre sub obtentu. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria sexta proxima ante dominicam Ramis-palmarum, Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo quinto.

I. Rákóczi György 1641. majus 8-dikán kelt megerősítő leveléből, melynek másolata megvan az erd. muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplomatarium Trans. Appendix. IX. köt.)

CCLVI

II. Lajos király megparancsolja Szapolyai János erdélyi vajdának s székelyek ispánjának, és a székelyföldi, különösen pedig a Sepsi széki tiszteknek, hogy Sepsi-Szentgyörgy mezőváros biráját, és eskütleit, midőn azok ellen, kik a városban laknak s annak piaczaról élnek, de a városban házakat biró előkelő székelyek pártfogásába bizva a szokott adót a többi lakosokkal együtt nem fizetik, a városba jövőket zsarolják, a városban garázdálkodnak, törvényesen eljárának, ne háborgassák, sőt inkább az ily gonosztévők megfenyítésére föl-szóllittatva segítséget adjanak. Kelt Budán 1525. aprilis 7-dikén.

Commissio propria domini Regis.

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Spectabili ac Magnifico Johanni de Zapolya Comiti per-

petuo terre Scepusiensis, Waywodeque nostro Transsylvaniensi et Siculorum nostrorum Comiti, et eius Vice Waywodis, presentibus et futuris, vniuersisque officialibus eorundem in medio Siculorum et presertim in Sede Sepsi constitutis et constituendis, Salutem et gratiam nostram. Ex querelis et supplicacione fidelium nostrorum prudentum et circumspectorum Iudicis et Juratorum, ceterorumque Ciuim et tocius communitatis **Oppidi nostri Sepsi Zenthgewrgh** vocati accepimus admodum displicenter, qualiter essent nonnulli incolae eiusdem Oppidi, qui tametsi in medio ipsorum exponencium viuerent et domos tenerent, ac proinde vti ijdem exponentes Juribus et prerogatiuis dicti Oppidi vterentur, et fruerentur, Tamen quorundam **pociorum Siculorum ibidem domos habencium** suggestionibus et malis suasionibus corrupti, **iustum et debitum censum** instar aliorum Ciuim persoluere nollent, quin pocius solerent iactare se se, nec mandata nostra, nec Iudicem et Juratos Ciues eiusdem Oppidi curare, et insuper ijdem illi rebelles ab his, qui aliunde ventitarent pro aliquo negocio ad predictum Oppidum, nihil mali commerentibus consueuissent pecunias per modum pacti extorquere, et secures afferre, manicas vestium abscindere, eosque verberibus afficere, de nocte vero collecti in vnum domos in eodem Oppido inuaderent, et alibi fenestras, alibi ianuas et fores illarum frangerent, et dissecarent, signa denique vinorum et cereuisiarum deicerent, que omnia mala sub tutela et confidentia predictorum pociorum Siculorum patrant impune, ipsique exponentes pocios vero Siculos malorum defensores metuentes, manus suas in tales malefactores inicere vel aliter extradare non auderent. Nos autem intellecta ex prefatorum exponencium supplicacione rei enormitate, volentes vt ex impunitate maleficia ne multiplicentur, et boni Ciues nostri ex persecucione malorum successiue opprimerentur, statuimus superinde prouidere, annuentes et concedentes, vt prefati Iudex et Jurati Ciues protempore in ipso Oppido nostro constituti et constituendi, suorum Ciuim assistencia, eodem Jure eodemque modo, quo in alijs Oppidis nostris Siculicalibus fieri consueuit, post hec omnes et singulos rebelles et inobedientes ad obseruanda Jura Oppidi per oportuna queuis remedia cogere, et compellere, latrocinia autem et maleficia in ipso Oppido et eiusdem territorio patrantes et exercentes Juris ordine pena commerita afficere possint, no per impunitatem et licenciam malorum Oppidum illud desoletur,

Imo annuimus et concedimus presencium per vigorem, saluis tamen auctoritate nostra et Juribus officij nostri. Quare fidelitatibus vestris harum serie firmissime precipientes mandamus, quatenus a modo deinceps, quociescunque Judex et Jurati Ciues predicti Oppidi nostri Sepsi Zenthgewrgh in emendacionem rebellium, et punicionem maleficia et latrocinia in ipso Oppido et eius territorio patrancium, Juris ordine processerint, ipsos propterea in personis vel rebus et bonis eorum impedire et dampnificare ne audeatis, nec permittatis dampnificari vel impediri per aliquos potentes, sed pocius eisdem Judici et Juratis ceterisque Ciuibus nostris, requisiti presentibus, ope et auxilio in hac parte adesse debeatis, Maiestatis nostre in persona, et auctoritate presentibus in hac parte concessa mediante. Secus facere nullo modo presumatis. Presentibus perlectis exhibentibus restitutis. Datum Bude feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo quinto.

I. Rákóczi György 1641. május 8-dikán kelt megerősítő leveléből, melynek másolata megvan az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplom. Trans. Appendix. IX. köt.)

CCLVII.

Brassó város tanácsa tudósítja Szeben városát, hogy a moldvai vajda hadaival haza térőben van; vajon hitszegő-e Ferdinánd király irányában s nem hajlik-e Szapolyai pártjához, csak az idő mutatja meg. A székelyek közt elkövetett dúlásáról nem ír, mert a város erről mind az ő előbbi leveleiből, mind a székelyek követeitől bizonyosan értesülve van. Kelt Brassóban 1529. febr. 8-dikán.

Prudentes et Circumspecti Domini fratresque nobis plurimum honorandi. Dominacionibus vestris id veraciter significamus, Moldauiensem Wayuodam cun cuncto suo exercitu esse in redeundo domum, confiniaque nostra ante occupata dereliquisse. An palliate fidelitatis erga Serenissimum Principem nostrum Ferdinandum sit, Joannis Zapolyani factionibus fauendo, temporari committimus omnia

in lucem proferenti. **Quas inter fratres et dominos vicinosque nostros Siculos vastaciones Moldauienses fecerint**, commemorare in presens supervacaneum censemus, quod eas cum ex litteris nostris tum ex nuncijs dominorum Siculorum liquido vobis constare perspectum habeamus. Corone pridie Apollonie virginis Anno domini 1529.

Judex et Jurati Ciues
Ciuitatis Brassouiensis.

Eredetije a szász nemzeti levéltárban, honnan közli Eder, Scriptores rerum Trans. Tom. II. Vol. I. 68. 1.

CCLVIII.

János király biztosítja Ártándi Pál máramarosi főispánt és testvérét Balázst, hogy Vécsh várát és tartozandóságait, melyeket Verbőczy István cancellariustól más jószágokért elcserélvén Szárhegyi Lázár Ferencinek adományozott, de később ettől mint Ferdinánd pártosától és felségsértőtől elkoboztatott és az említett Ártándiaknak adományozott, tőlök akkor sem veszi vissza, ha Lázár Ferencz fejének némely hivei könyörgésére megkegyelmezne. Kelt Lippa városában 1529. július 22-dikén.

Nos Joannes Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod quamuis Castrum Vech appellatum in Comitatu Thordensi habitum, quod pridem fidelis nostri Spectabilis ac Magnifici Stephani de Verbewcz Summi et Secretarij Cancellarij nostri prefuerat, sed ipse in concambium aliorum bonorum nostrorum per nos sibi donatorum nobis cessit, simul cum vniuersis pertinentijs suis **Francisco Lazar de Zaarhegy** tamquam fideli nostro (quam se nobis obseruatum iureiurando promiserat) in perpetuum donauerimus, quia tamen idem Franciscus huiusmodi fidelitatis sue prestitique nobis iuramenti immemor, beneficiorum eciam nostrorum ingratus, et oblitus, Ferdinando hosti nostro publico (post acce-

ptum a nobis castrī prenotati dominium) non solum adhesit, sed etiam facciones et partes eius secutus multa in perniciem nostri capitis moliri, et certos fideles nostros sub specie fidelitatis prodere et aperto periculo conjicere attemptavit, ex eoque notam perpetue infidelitatis et crimen lese nostre Maiestatis palam incurrerit, per hocque non solum predictum castrum Vech, verum etiam alia vniuersa bona sua ad nos collacionemque nostram Regiam optimo iure sunt deuoluta. Cum igitur in presenciarum predictum Castrum Vech, cum pertinencijs suis predeclaratis, fidelibus nostris Magnifico Paulo de Arthand Comiti terre et Salium nostrorum Maramarosensium, ac Blasio fratri suo carnali, fidelibus seruicijs eorum ita exigentibus in perpetuum contulerimus, ideo nos eosdem Paulum ac Blasium Arthandi super eo duximus assecurandos et certificandos, quod si etiam prefato Francisco Lazar capitique suo ad supplicationem aliquorum fidelium nostrorum gratiam faceremus, tamen prescriptum Castrum et pertinencias eiusdem ipsi Francisco nullatenus restituemus, neque reddi vnquam permittemus, sed apud manus antefatorum Pauli et Blasij de Arthand, heredumque ipsorum perpetuo relinquemus, Imo assecuramus et certificamus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Ciuitate nostra Lyppa, in festo beate Marie Magdalene, Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Joannes Rex m. p.

(P. H.)

Eredetije papiron a kolos-monostori convent levéltáraban. —
Kiadta gr. Lázár Miklós, A gr. Lázár család. 115. 116. 1.

CCLIX.

János király Bereczk helység előjáróinak panaszára megparancsolja, hogy a bereczki lakosokat senki idegen bíróság elébe idézni ne merje, hanem a kiknek ellenök keresetök van, azt a helység régi kiváltságai értelmében a helybeli bíró előtt, egyházi törvényszéket illető ügyeiket pedig a barczasági dékán előtt folytassák. Kelt Gyula-Fejérvártt 1531. június 10-dikén.

Joannes Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fidelibus nostris universis, et singulis Praelatis, Baronibus, Comiti-

bus, Castellanis, Nobilibus, ipsorumque Officialibus, item Civitatibus, oppidis, et Villis, earundemque Rectoribus Judicibus, et Villicis, ac alterius cujusvis Status, et conditionis hominibus ubivis in hoc Regno Nostro constitutis, et existentibus, et quibusvis subditis Nostris, praesentes nostras visuris Salutem et Gratiam. Expositum nobis est in Personis Fidelium nostorum, Circumspectorum, Judicis, et juratorum Civium, et totius communitatis Possessionis nostrae **Bereczk**, quod licet iidem exponentes, hac libertatis praerogativa per quondam Divos Reges ipsis concessa gratiose, et per nostram quoque Majestatem confirmata requirente a longinquis Annis semper usi fuerint, et gavis, ut nullus omnino hominum litigantium, quempiam ex ipsis Populis nostris in praesentiam alicujus extranei Judicis, spiritualis, aut secularis convenire possit in causam, nisi tales litigantes, causam suam contra ipsos exponentes motam, vel movendam, coram Iudice ipsorum ordinarario, hoc est in praesentia Judicis dictorum exponentium ordinarij, legitime, et mediante jure prosecuti fuerint. Quod si causa ipsa spirituale forum tangere et concernere dignoscitur, extunc rursus prius tales causas ipsorum in praesentia Decani de Barcza moverint, et suscitaverint. Tamen quia uti accepimus, essent nonnulli ex vobis, qui non curatis ejusmodi indultis, et libertatibus, ipsorum exponentium, eosdem aut ipsorum alterum contra antiqua ipsorum jura et Privilegia ratione quorumcunque negotiorum, in praesentiam alterius Iudicis Secularis, vel spiritualis convenirent in causam. Isticque ipsos non mediocriter libitibus vexare, impedireque, ac expensis, et laboribus defatigare, inquietareque coepissent, nec desistere vellent; Unde supplicatum nobis est in personis ipsorum exponentium per nos eisdem superinde opportune provideri, Et quia nos intellecta supplicatione pro parte ipsorum exponentium nobis superinde porrecta, nolumus ipsos suis justis, et antiquis limitibus, libertatibus destitui. Fidelitati igitur Vestrae, et cuilibet Vestrum harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, et rebus ita se habentibus, a modo ipsos exponentes, aut eorum alterum in praesentiam alicujus Judicis spiritualis ut praefertur, aut Secularis, contra ipsorum antiqua jura, et Privilegia, nullus omnino Vestrum citare, ac in causam convenire audeat, sed quilibet vestrum, qui scilicet causas contra ipsos exponentes, aut eorum alterum movere, et suscitare attentaverit, eosdem primum coram dicto Iudice ipsorum or-

dinario, Quodsi causa ipsa spirituale forum concernere videbitur, ex tunc tales rursus causam suam in praesentia Decani Capituli terrae Barcza ¹⁾, juxta jura et Privilegia ipsorum juridice prosequantur, cum eisdemque litigare, ac tandem si iudicio ejusmodi iudicis competentis, tales, litigantes contentare noluerint, ita demum successive in locum interrogationis, per viam appellationis, causas ipsorum provocare et appellare possint. Quoniam alioquin certi sitis, quod si quispiam Vestrum ipsos exponentes, aut eorum alterum contra praetactas ipsorum libertates, in praesentiam alterius iudicis extranei, et non competentis conveniret in causam, extunc serie praesentium tali Iudici extraneo serius committimus, ne in causa hujusmodi contra ipsos exponentes procedere, illamque adjudicare praesumat. Secus igitur non facturi, praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albae Juliae, feria sexta proxima post festum Sacratissimi Corporis Christi, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Primo.

Relatio Reverendi Magistri ²⁾ Francisci Bachiensis praepositi Scepusiensis, ac Secretarij Regiae Maiestatis.

I. Leopold 1701-diki átiratából, melynek eredetije pergamenen megvan a gy.-fejérvári káptalan levéltárában. (Cista Krasznensis Fasc. III. Nro. 27.) — Kiadta Benkő, Milkovia II. köt. 112. l.

¹⁾ I. Leopold 1701-diki átiratában **Decani Civitatis Nostrae Barcza** áll ugyan: de miután ez kézzelfoghatólag hibás olvasásból eredt, a helyes olvasást visszaállítottam.

²⁾ Az 1701-diki hiteles átiratban itt is hibásan áll: **Patris** Reverendi **Magnifici**.

CCLX.

János király megparancsolja a gyula-fejérvári káptalannak, hogy Brassó város részére adja ki hiteles másolatban azt a beigtató levelét, melylyel Háportoni Forró Mátyás gyula-fejérvári kanonokot és testvéreit, Lászlót, Ferenczet és Tamást, Bácsfalu, Szentmihályfalva, Türkös, Zajzon, Apácza és más Töröcsvárhoz tartozó helységek birtokába beigtatta. Kelt Gyula-Fejérvártt 1531. június 15-dikén.

Joannes dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris honorabili Capitulo ecclesie Albensis salutem et gratiam. Exponitur Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum Prudentum et Circumspectorum Judicis et Juratorum Ciuium Ciuitatis nostre Brassouiensis, Quomodo paria quarundam literarum vestrarum statutoriarum, quibus mediantibus honorabilis magister **Mathias Forro** Canonicus dicte Ecclesie Albensis, necnon Egregij **Ladislauus, Franciscus et Thomas similiter Forro fratres ipsius veterini de Haporthon** ¹⁾ se ipsos in dominium possessionum Bachfalwa, Zenthmihalfalwa, Twrkes, Zaizon et Apacza vocatarum, ac aliarum pertinenciarum castris Therch in districtu Barcza existencium habitatarum per vos introduci fecissent, in vestra sacristia siue conseruatorio ecclesie vestre more solito haberentur reposita et collocata, quibus nunc ipsi exponentes pro Jurium ipsorum defensione plurimum indigerent, essentque necessarij, Pro eo fidelitati vestre harum serie firmissime mandamus, quatenus acceptis presentibus, paria prescriptarum literarum vestrarum statutoriarum in predicta sacristia siue conseruatorio ecclesie vestre diligenter requirere et reinueniri facere, requisitarumque et reinuentarum tenorem in transumpto literarum vestrarum prefatis exponentibus Juris ipsorum ad defensionem extradare et emanari facere modis omnibus debeatis et teneamini. Cauentes tamen, ne fraus aut dolus in hac parte eue-

¹⁾ Ezen Háportoni Forró testvérek kétségtelenül egy családból valók voltak a Bölöni és Szentgyörgyi Forrókkal, kik az említett helységekre Mátyás királytól 1460-ban új adományt nyertek. Lásd föntebb **CLIV. sz.**

niat aliqualis. Secus non facturi. Datum Albe Julie octaua die festi Sacratissimi Corporis Christi, anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Tricesimo primo.

Eredetije, melynek hátára van írva, hogy a káptalan a kivánt beigtató levelet hiteles másolatban kiadta, a gyula-fejérvári káptalan levéltárában (Cista V. Albensis, fasc. 3. nro 4.). — Innen kiadva: A hajdani törösvári uradalom jogi állapotjához. Brassó, 1871. Függelék 2. sz.

CCLXI.

János király átírja és megerősíti Lábatlani János székelj ispánnak Miklósvárszék mint önálló törvényhatóság részére 1459-ben kiadott levelét; azzal a hozzáadással, hogy Miidósvár szék birái egyszersmind mindig Sepsi szék birái is legyenek, és a fő szék módjára tartozzanak itélni. Kelt Gyula-Fejérvártt 1531. julius 5-dikén.

Commissio propria domini Regis.

Nos Joannes Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. memorie Commendamus tenore presencium Significantes Quibus expedit vniuersis: Quod fideles nostri Egregij et Agiles, **Gaspar Henther de Aijthan, Valentinus Ellijesij de Bewlewn, Gregorius litteratus de Baroth, Michael Nemes de Hijdweg, et Sandrinus Daczo de Zarazajtha**, in suis ac ceterorum Siculorum nostrorum **Sedis Zenthmijkloswara** vocate personis, ac nominibus, exhibuerunt et prodixerunt coram Nobis quasdam litteras Magnifici condam **Joannis de Labathlan** ¹⁾, **Siculorum et Themesijensis Comitis** in simplici pappiro sub sigillo suo clenodiali patenter confectas Quibus mediantibus, Idem condam Jobannes Labathlanij Comes ex

¹⁾ Valamint Székely Mihály kiadásában, ugy gr. Kemény József másolatában is **Johannes Labathlan** áll, de hibásan, mert az általam másolt eredetiben **Joannis de Labathlan** van írva; mi nem is lehet másképpen, miután őt nem hívták **Lábatlannak**, hanem birtokáról az Esztergom vármegyei **Lábatlan** faluról **Lábatlaninak**.

speciali commissione et mandato, Serenissimi condam principis domini Matthie Regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. predecessoris nostri felicis Recordacionis, differenciam seu causam super facto Separacionis predictae **Sedis Zenth Mijkloswara, a Sede Sepsij, Zenth-gijerghzeek** vocata, inter vniuersos Siculos ad vtramque sedem pertinentes motam et suscitatum reuidisse, et seruato Juris ordine inter ipsas partes conclusisse, et fine debito, modo, et ordine, in tenore earundem litterarum clarius expressis diffiniuisse dinoscebatur. Tenoris infrascripti. Supplicatum itaque extitit maiestati nostre, nominibus et in personis prefatorum Gasparis Henther, Valentini Elliesij, Gregorij litterati, Michaelis Nemes, et Sandrini Daczo, ac vniuersorum Siculorum predictae Sedis Zenthmijkloswara, vt eisdem litteras dicti condam Joannis Labathlanij Comititis, ac omnia et Singula in eisdem contenta, Ratas gratas et accepta habentes, litterisque nostris priuilegialibus verbotenus inseri et inscribi facientes, pro prefatis Gaspar Henther, Valentino Elliesij, Gregorio litterato, Michaeli Nemes, et Sandrino Daczo, ac tota communitate Siculorum dicte Sedis Zenthmijkloswara, confirmare dignaremur: graciosae: quarum quidem litterarum tenor talis est. **Nos Joannes de Labathlan stb. (Lásd fõntebb CLIII. sz. alatt)**. Nos igitur supplicacione preatorum Gasparis Henther, Valentini Elliesij, Gregorij litterati, Michaelis Nemes et Sandrini Daczo in suis et ceterorum Siculorum nostrorum predictae Sedis Zenthmijkloswara, Maiestati nostre modo premissis porrecta Regia benignitate exaudita et clementer admissa, prescriptas litteras dicti Magnifici condam Joannis Labathlanij Siculorum et Themesiensis comitis non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, Sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, presentibusque litteris nostris priuilegialibus, sine diminutione et augmento aliquali insertas et inscriptas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanate viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus approbamus et Ratificamus, easque ac omnia et Singula in eis contenta pro prefatis Gaspare Henther, Valentino Elliesij, Gregorio litterato, Michaeli Nemes et Sandrino Daczo, ac vniuersis alijs Siculis dicte Sedis Zenth Mijkloswara, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis imperpetuum valituras confirmamus, presentis Scripti nostri patrocinio mediante Saluis Juribus alienis. Et quod in Sede eciam illa Zenthmijkloswara constituti

Judices Sedis Sepsij semper sint Judices, et instar Sedis principalis, Judicia facere teneantur. In cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes litteras nostras pendentis et autentici Secreti Sigilli nostri munimine roboratas duximus eisdem concedendas. Datum ex Alba Julia Transsylvuana, per manus Spectabilis et Magnifici Stephani de Werbewcz, Summi et Secretarij Cancellarij nostri fidelis nobis sijncere dilecti feria quarta proxima post festum visitacionis Beatissime virginis Marie, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo primo, Regnorum vero nostrorum Anno Quinto.

Eredetije pergamenen a gyula-fejérvári káptalan levéltárában (Cista Maramarosiensis Fasc. III. Nro. 9.). Veres, kék sárga és fejez selyem zsinóról függő pecsétjének csak töredékei vannak meg — Kiadta hibákkal Killyéni.Székely Mihály, A nemes székely nemzet constitutiói. Pest. 1816. 16—22. l.

CCLXII.

János király megparancsolja Sepsi széknek, hogy Miklósvár széket törénykezési hatóságában háborgatni ne merje. Kelt Segesvártt 1532. januar 16-kán.

Johannes dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris Egregijs et Agilibus **Capitaneis, Judicibus, Primi-pillis, Belliductoribus ac vniuersitati trium generum Siculorum nostrorum Sedis Zenthgewrgh** ¹⁾ Salutem et gratiam. Eponitur Maie-stati nostre in personis fidelium nostrorum Egregiorum et Agilium **vniuersitatis trium generum Siculorum nostrorum Sedis Zenthmyk loswara** graui cum querela, Quomodo forent plurimi ex vobis, qui ipsos exponentes, ex quo cum de more et consuetudine Sedis eorum antiqua, tum vero de nostra graciosa annuencia et concessione Judicia in Sede eorum prescripta celebrari facerent, turbare et varijs iniurijs afficere niterentur, varia ipsis verbis minando, in preiudicium

¹⁾ Szent-György alatt Sepsi-Szent-György, Szentgyörgy széke alatt Sepsi szék értendő. Has. I. köt. 182. l.

et contumeliam eorundem exponencium manifestam, cum alioquin parati essent, si quid cum eis agere haberetis, Jure vobiscum agere, et omni bono et equo stare, Vnde per eosdem Maiestati nostre supplicatum extitit, ut ipsis superinde de opportuno remedio providere, et eos ab indebita et illegitima vestra turbacione tueri dignaremur. Nos igitur accepta supplicacione eorum et benigne exaudita, volumus et fidelitati vestre harum serie mandamus firmissime, quatenus acceptis presentibus el rebus sic se habentibus, a modo deinceps memoratos exponentes racione preuia molestare, aut verbis iniuriosis afficere, et ipsis minari nullo modo audeatis, Sed si quid cum eisdem agere habetis, id iuxta consuetudinem Regni nostri, Jure mediante et non via facti potencie contra ipsos prosequi debeatis et teneamini, ex parte quorum sufficiens Jus et Justicia vobis administrabitur. Aliud ergo nulla racione faciatis. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in Ciuitate nostra Segeswar feria tertia proxima post festum beati Pauli primi Heremite, Anno domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Secundo.

Báthori Gábor 1610-diki átiratából, mely megvan a gyula-fejérvári káptalan levéltárában. — Ezen átiratnak 1769-diki káptalani hiteles átirata megvan az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Codex Dipl. Transsumtorum XIII. köt.).

CCLXIII.

Felvinczi János philiopolisi püspök, gyula-fejérvári kanonok és püspöki helyettes, az általa felszentelt lengyelfalvi egyház jóltevőinek negyven napi bűnbocsánatot engedélyez. Kelt 1533. febr. 9-dikén.

Joannes de Felvynch Miseracione diuina Episcopus Philopolitanus, Canonicus et suffraganeus Albensis Transsylvan. in Pontificalibus Vicarius Generalis, Memorie commendamus, quod Ecclesiam parochialem in possessione **Lengyenfalva** ¹⁾ fundatam, et altaria duo

¹⁾ **Lengyelfalva** Udvarhely széken.

in eadem existencia consecrauimus, et ad instantem supplicacionem bonorum virorum loci eiusdem, omnibus Christi fidelibus, quicunque dictam Ecclesiam diebus dominicis et festiuis deuote visitaerint, et manus adiutrices eidem porrexerint, pie graciose annuimus quadraginta dierum indulgencias perpetuis futuris temporibus duraturas. In festo Sancte Apollonie virginis Anno domini 1533 Joannes Episcopus m.p.

Egy régi nyomtatott Missale tábláján lévő kéziratból közölte Szere day, Notitia vet. et novi Capituli Eccl. Albensis Trans. 152. 1.

CCLXIV.

Majlád István erdélyi vajda s székelyek ispánja és a vajdai törvényszék ítélete Szentgyörgyi Tóth Mihálynak, és testvére néhai Szentgyörgyi Tóth János árváinak, mint felpereseknek, Gyergyai Lázár János és Ferencz ellen a Marosszéken Maros-Vásárhely mellett fekvő Kisfalud helység birtokjoga fölött folytatott hosszas és igen bonyodalmas perében, melyben a vajdai törvényszék kimondja, hogy bár nézete szerint a jog és igazság az alperes Lázárak részén áll, a döntő ítéletet János királyra háritja, s a feleknek a király előtti megjelenésre a 60-dik napon tűzi ki. Kelt Segesvárt 1535. november 6-dikán.

Serenissimo principi et domino domino Joanni dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. Regi, domino suo clementissimo **Stephanus Majjladh vaijwoda Transsiluanus et Siculorum comes** etc. Seruiciorum suorum humillimam commendacionem perpetua cum fidelitate, Vestra Nouerit Maiestas Sacra, Quod Nobis Sabbatho, in crastino festi beati Emerici Ducis, vnacum Reuerendissimo domino fratre Georgio electo Ecclesie Waradiensis, Thesaurario et Consiliario, ac Magnifico Nicolao Thomorij Castellano Budensi, Necnon Egregijs Petro Babaij Franciscoque Kewrewssij Amicis Maiestatis vestre Sacre, Item vicewaijwoda Magistroque prothonotario nostris, alijsque nonnullis harum parcium Transsiluanarum Nobilibus et Siculis, **in congregacione generali eorundem Siculorum et Saxonum**

hic in ciuitate Segeswariensi **constitutis et existentibus** pauluspro Egregio et Agili **Michael Thoth de Zenthgijewrgh** penes eum personaliter astante ac (pro orphanis) condam Joannis Thoth fratris sui, vt actoribus ab vna, ac paulus litteratus Bras-souiensis, pro Egregijs et agilibus **Joanne el Francisco Lazar de Gijewrgio** Eidem similiter personaliter adherentibus, velut in causam attractis, partibus ex altera, In figura nostro Judicij comparentes, Quasdam litteras nostras prorogatorias, seriem cause inter Ipsas partes vertentis in se continentes, nostro Judiciario conspectul vitrinque presentauerunt, In quibus inter cetera continebatur Quod die beati Adalberti Episcopi et Martiris nouiter preterito In Fogaras partibus prescriptis modo premissis coram nobis comparentibus Agilis Petrus Nagh de Harazthkere(k Juratu)s Sedis Maros, per modum- interrogacionis Nobis declarasset in hunc modum, Quomodo tunc proxime preteritis diebus prefatus Michael Toth actor, in sua ac predictorum orphanorum personis, contra prenomatos in causam attractos per modum querulose accionis proposuisset tali modo, Qaliter ijdem in causam attracti tunc similiter precedentibus diebus, possessionem ipsorum actorum **kisfalwd vocatam, in contigua vicinitate oppidi Zekelwasarhel in ipsa sede Maros existentem, adiacentem**, simulcum Molendino duarum Rotharum Ibidem constructo, alijsque cunctis utilitatibus et pertinencijs eiusdem quibuslibet, de Manibus eorundem Actorum, Nescitur quo Jure et titulo sibi-ipsis occupando vsurpassent, Et erga se indebite conseruarent, eciam ad tunc, In qua quidem occupatione et conseruacione, ijdem in causam attracti annotatis actoribus plusquam Ducentorum florenorum dampna intulissent, potencia mediante, In preiudicium eorundem actorum manifestum, Quo audito ijdem in causam attracti respondissent ex aduerso, se se prescriptam possessionem et Molendinum predictum non potencialiter sed iuxta Regni constitutionem et annuenciam Sacre Vestre Maiestatis in autumno nouissime transacto, super Remissione bonorum quorumcunque, eciam infidelium in hijs preteritis disturbiorum temporibus per quoscunque et qualitercunque occupatorum, Qui ad fidelitatem Vestre Maiestati prestandam et obedienciam obseruandam redijssent, vel iam reditent, factam occupassent, Et ex eo non indebite conseruarent, Nec ipsis actoribus quicquam potencie vel dampni intulissent, Sed in premissa totali accione et adquisicione eorundem actorum Innocentes forent

penitus et, Immunes, In cuius Responcioni contrarium annotatus actor obuiasset hocmodo, Qualiter ipsi in causam attracti antelate possessionem et Molendinum virtute preallegate constitutionis Regni et Annuencie Vestre Maiestatis occupare minime potuissent, Quia prelibati actores eiusdem possessionis et Molendini eciam ante tempora prescriptorum disturbiorum Inter Maiestatem Vestram Sacram et Ferdinandum Regem versatorum in dominio fuissent et possedissent eandem et Idem, prout hoc eciam ad scitum Egregiorum et Agilium Capitanei, ac Iudicum et assessorum dicte Sedis Maros submisissent, Et ex eo contra eosdem in causam attractos propter premissam patratam potenciam vinculumquoque Regni proposuissent, Et exinde Eedem partes ab ipsa sede Maros sibipsis Juris equitatem postulassent impertiri, Quibus perceptis Eadem Sedes Judicando adinuenisset eomodo, Quod quia juxta premissam obieccionem dicti actoris, in dominio antelate possessionis et Molendini eciam ante tempora pretactorum disturbiorum inter Maiestatem Vestram Sacram et Ferdinandum Regem habitorem, eosdem actores fuisse, Ipsiquoque scirent, Ideo prelibati in causam attracti eandem possessionem et Molendinum vigore premissae constitutionis Regni et Annuencie Vestre Maiestatis de manibus dictorum actorum occupare minime potuissent, Sed si ipsam occupationem facere voluissent, via Juris debuissent procedere, quia ipsa Regni constitutio et, Annuencia Vestre Maiestatis non de bonorum antea occupatorum, sed temporibus predictorum modernorum duorum Regum Remissione fuisset facta, Bona autem predicta manibus ipsorum actorum antea deuenissent, Et quia ipsi in causam attracti extra processum Juris et consuetudinis Regni occupassent, ob hoc **in onere potencie Siculicalis vigintiquatuor Marchas facientibus** conuicti haberentur, contra actores prenotatos, ijdem vero actores prescripta eorum dampna super ipsos in causam attractos, si recuperare vellent, lege et consuetudine Regni mediante accipere valerent., Cuius quidem Sedis Iudicio ijdem in causam attracti simpliciter se se potenciam penitus nullam fecisse dicentes, predictus vero actor super paruo onere potencie non contenti, ambe partes ad presentem terminum nostram in presenciam appellassent, et Sedis ipsa, medio ipsius nunccij transmisisset causam predeclaratam maturius delibendam, et fine debito terminandam, A quo quidem termino causa ipsa partes inter easdem seriebus earundem litterarum prorogato-

riarum ventilanda ad presentem terminum dilatiue deuenit, In quo quidem termino procuratore actoris allegante, Quod antefati in causam attracti propter pretactam possessionis et Molendini potencia-riam occupacionem, de lege et consuetudine Regni, non solum in onere Siculicali, sed in facto maioris potencie et Sentencia Capitali, Ex eoque in amissione capitum et omnium bonorum Juriumque possessionariorum atque Rerum quarumlibet deberent conuinci, Quo audito procurator ipsorum in causam attractorum respondit ex aduerso, Qualiter **Siculus demptis casibus Note infidelitatis, et causis criminalibus, nec caput, Bona vero nunquam solet amittere**, Dato ergo Quod eciam si potencialiter occupassent ipsi in causam attracti prescriptam possessionem et Molendinum prenotatum, denique peruenirent cum pretacto onere vigintiquattuor Marcharum et Remissione bonorum indebite occupatorum, Verumtamen nec illud onus soluere, nec bona ipsa remittere tenerentur, Nam ipsi parati essent sufficienti documento verificare, Quod illa bona ipsos bono Jure concernerent, et ante pretacta disturbia ipsi possedissent sed in hijsdem disturbijs excidissent de manibus eorum, In cuius responsionis contrarium, annotatus actor, per se quasi hesitando allegabat, se non quidem sponte sed inuitum statim tale aliquid velle proponere, Quod prefati in causam attracti contra eum amplius non verificarent quicquam, Quo percepto quia videbamus ambas partes cum magna hominum caterua incedere, et manifestum erat Quod si actor illud propositum de quo hesitabat exprimeret, **mox in toto Regno Siculicali magna exinde sedicionis fieret commocio**, Illud namque negocium, non solas ipsas partes presertim ex parte in causam attractorum tangere intelligebatur, Nos itaque presentem statum Regni Maiestatis Vestre Sacre magis quam litem ipsarum parcium perpendentes, Eisdem partes seorsum duximus examinandas, In cum eciam finem si quod semen concordie in medio ipsorum valeremus seminare, Exmissis ergo de nostri presencia ipsis partibus, deinde prius accersito prefato actore, Inquirendo quidnam haberet tale proponere propter quod non possent in causam attracti contra eum amplius quicquam verificare, Dicebat eos tempore Waijwodatus Maiestatis Vestre Sacre Nota, perpetue infidelitatis et Sentencia capitali, ac amissione cunctorum bonorum et Jurium possessionariorum, atque Rerum ipsorum quarumlibet irritos esse et Innodatos, Vnde litterasquoque Sentencionales pre ma-

nibus suis haberet contra eos confectas et emanatas, et Bona ipsa tali Jure et titulo fuissent per Maiestatem Vestram Sacram dicto condam Joanni Thoth fratri suo collata, et ab illo tempore Serenissimi videlicet principis domini condam Ludovici Regis, dum videlicet quamuis inter Maiestatem Vestram Sacram eotunc tanquam Waijwodam et ipsos in causam attractos, tanquam infideles et rebelles fuerint Attamen inter Ferdinandum Regem et Maiestatem Vestram Sacram, disturbia de quibus premissa Regni constitucio et annuenciam Maiestatis Vestre Sacre super remissione Bonorum infidelium ad fidelitatem redeuncium facta fuisset, nondum extitissent, iidem in causam attracti bona illa nunquam possedissent, Nisi quando prefatus Rex Ferdinandus preualuisset in hoc Regno, Nam et eo tunc ita infideles fuissent, Sicut antea, et postea Quod nuper vltimatim occupassent potencialiter de manibus ipsorum actorum, Verum predictus condam frater suus Joannes Thoth, et ipse quoque actor ac eciam prefati orphani Maiestati Vestre Sacre nunquam fuissent infideles, Istit ergo bonis que et alioquin olim Nicolai Thoth progenitoris ipsorum prefuissent, Et quia ad ista eadem bona condam Andreas Lazar, pater ipsorum in causam attractorum eciam eo tunc semper inhiasset, Dum semel predictus Nicolaus Taoth progenitor ipsorum actorum in quadam possessione sua **Maios** vocata egrotaretur, Idem Andreas Lazar ducentos florenos, in vno sacco per fenestram domus in qua iacebat fecisset introponere, et tuncquoque sic indebite et potencialiter occupasset, et que iam pro fidelitate et seruicijs dicti condam fratris sui Joannis Thoth modo premissis fuissent ipsis restituta, Intelligere vellent, qua ratione deberent ipsi actores priuari. Nobis itaque interrogantibus, vbinam essent littere, cum quibus bona ipsa fuissent ipsis restituta, Tunc produxit et exhibuit litteras in pargameno patenter et priuilegialiter editas, Sigilloque Majestatis Vestre Sacre waijwodali in pedenti consignatas hunc tenorem continentes, Nos Joannes de Zapolija Comes perpetuus Terre Scepusiensis Waijwodaque Transiluanus et Siculorum Comes stb. (**Lásd fõntebb 1521. CCXLVIII. sz. alatt**). Quibus exhibitis ipsum actorem de nostri presencia exmittentes, Annotatos in causam attractos fecimus accersiri, Quos similimodo interrogando, quali documento vellent verificare, Quod prescripta Bona ipsos bono Jure concernerent, et ante pretacta disturbia, ipsi possedissent, Tunc et ipsi obtulerunt binas litteras am-

bas similiter iu pargameno patenter et priuilegialiter in pendentibus sigillis confectas et emanatas Allegantes, Quod quamuis ipsi infidelitatem ipsam, quam actor ipsis objiceret, negare non possent, Verum tamen Maiestas Vestra Sacra ex Innata sua benignitate et gracia speciali illam eis clementer indulgendo iam remisisset, et relaxasset, et eosdem de ea absoluisset, Bona autem ista eosdem, eo Jure et titulo concernerent, sicut in ipsis litteris haberentur, que **Maiestas Vestra Sacra de Jure et consuetudine Regni sui conferre nemini potuisset, quia Siculicalia essent, Siculus autem eciam qualitercunque conuictus, et sentenciatus, sicut Juxta continenciam preacti generalis decreti premissum est, bona et hereditates nunquam ammittit, sed ad heredes fratresque eius deriuantur**, Quarum quidem litterarum prime tenor is est, Nos Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Boliemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod pro parte et in persona fidelis nostri **Egregij Andree Lazar de Gijergijo, sew Zaarheghallija**, exhibite sunt Nobis et presentate quedam littere Spectabilis et Magnifici Petri Comitis de Bozijn, et de Sancto Georgio, Judiciscurie ac Waijwode Transsiluani, et Siculorum Comitis fassionales in papiro patenter confecte, quibus mediantibus **Nobilis Franciscus filius condam Bartholomei Zekel de Strigonio**, Totalem possessionem suam kjsfalwd vocatam, sed et domum et Curiam Nobilitarem **in eadem kjsfalwd in medio terre Siculorum in fine penes oppidum Zekelwasarhel vocatum in sede Maroszeek appellata** existentes, et habitas, simulcum Molendino suo prope Eandem possessionem kjsfalwd in facie fluuij Maroswijze dicti constructo decurrentis, cunctis eciam alijs **hereditatibus Siculicalibus, puta tribus primipilatibus** litteris in eisdem lucidius expressis, Memorato Andree Lazar suisque heredibus et posteritatibus vtriusque Sexus vniuersis, pro Mille florenis auri sub certis modis clausulis et condicionibus in tenore earundem litterarum contentis et expressis dedisse contulisse et perpetuasse dinoscebatur, tenoris infrascripti, Supplicatum itaque extitit Maiestati nostre in persona, prelibati Andree Lazar, vt easdem ratas gratas et acceptas habentes, presentibusque litteris nostris priuilegialibus verbotenus inseri et inscribi facientes, premissis donacioni, collacioni et perpetuacioni, ac omnibus et Singulis dispositionionibus in tenore earundem litterarum expressis nostrum consensum Regium prebere dignemur

beniuolum pariter et assensum. Quarum quidem litterarum tenor talis est, Nos Comes Petrus, Comes de Sancto georgio, et de Bozijn etc. Judexcurie Serenissimi principis domini Wladislai dei gracia Regis Hungarie Bohemie etc. Necnon waijwoda Transsijluanus et Sicularum comes, Memorie commendamus per presentes, Quod **Nobilis franciscus filius condam Bartholomei Zekel de Strigonio**, onera et quelibet grauamina Nobilium puellarum Catharine, Margarethe et Cristine filiarum aliorumque cunctorum fratrum et consanguineorum suorum, quos infrascriptum tangeret negocium, in se et cunctas hereditates suas assumptendo, coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere confessus est et retulit in hunc modum, Quomodo ipse digna mentis consideracione pensatis, perspica-cique meditacione recensitis multimodis illis fauoribus sincerisque complacencijs **Egregij Andree Lazar de Gijergijo sew de Zarhegh-allija**, quibus ipse a plerisque iam temporibus prompta semper sollicitudine et animi integerrima constancia, eidem Francisco adesse studuisset, pariter et prodesse, Tum igitur horum intuitu, Tum vero pro illis Mille florenis auri, quos Idem Franciscus ad nonnullorum negociorum suorum expedicionem successiue iam leuasset, et accepisset, Totalem possessionem suam **kijfsalwd** uocatam, Sed et domum et Curiam Nobilitarem, **in eadem kisfalwd, in medio terre Sicularum, in fine penes oppidum Zekelwasarhel uocatum, in districtu, seu sede Maros Zeek appellata** existentem, et habitas, simulcum molendino suo prope eandem possessionem kijfsalwd in facie fluuuij Maroswijze dicti constructo decurrentis, cunctis eciam alijs hereditatibus Siculicalibus, puta tribus primipilatibus, quorum scilicet primum in genere Megyes, in linea Dudur, Secundum modo simili in genere Meggijes ac linea kijwrth, Tercium uero in genere Halom et linea sew arbore Naznan nuncupatis haberetur, Alijsque vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus cultis et incultis, Agris pratis pascuis campis, fenetis, Siluis, Nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promonthorijis, fluuuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, Molendinis et eorundem locis, Generaliter uero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis uocabulo uocitatis, ad eandem de Jure, et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, Memorato Andree Lazar, suisque heredibus, et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis, dedisset, donasset, et contulisset, Jure pepe-

tuo, et Irreuocabiliter, tenendas, possidendas, pariter et habendas, Nullum Jus, Nullamue Juris, et dominij proprietatem, Si quod et quam ipse, filieque et fratres sui prenotati in eisdem pro nunc habuissent, vel in futurum habere sperassent,*) In et ad prefatum Andream Lazar, suosque heredes et posteritates vtriusque sexus vniuersos, transtulisset pleno Jure atque cum effectu, Assumendo Nichilominus prefatus franciscus oneribus sub premissis in se leuatis, Memoratum Andream Lazar in pacifico dominio dicte possessionis, Necnon domus, et Curie Nobilitaris Molendinique et dictorum primipilatuum pertinenciarum, et vtilitatum earundem successuis semper temporibus tueri, protegere, et conseruare, proprijs suis laboribus, et expensis Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in festo beati Briccij episcopi et confessoris Anno domini Millesimo Quingentesimo septimo. Nos igitur Supplicacione, pro parte prefati Andree Lazar nostre modo quo supra porrecta Maiestati, Regia benignitate exaudita, et clementer admissa, prescriptas litteras dicti Petri Comitis Judiciscurie nostre, fassionales, Non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, Sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, presentibusque litteris nostris priuilegialibus, de verbo ad verbum sine diminucione, et Augmento aliquali insertas, quo ad omnes earum continencias, clausulas, et Articulos, Eatenus quatenus, Eedem Rite, et legitime existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur, Ratas, gratas, et acceptas habentes, premissis dacioni, collacioni et perpetuacioni alijsque omnibus et singulis disposicionibus superius in tenore earundem litterarum contentis nostrum Regium consensum prebuimus, Immo prebemus beniuolum, pariter et assenssum, Et Nichilominus debitum habentes respectum, ad fidelitatem et fidelium seruiciorum Merita prefati Andree Lazar que ipse sacre in primis huius Regni nostri Hungarie Corone et deinde Maiestati nostre, pro locorum et temporum varietate, cum omni fidelitatis constancia exhibuit, et impendit, Totum et omne Jus nostrum Regium, quod in prescriptis possessione kijsfalwd, Necnon domo et Curia Nobilitari, ac Molendino et Tribus primipilatibus,

*) Itt a szövegből az oklevél leírójának vagy fogalmazójának gondatlanságából néhány szó kimaradt s e miatt az értelem is szenvedt; a szokásos „sibiipsis reservando” szavakkal azonban az értelem könnyen helyre állítható.

alijsque cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, Terris scilicet Arabilibus, cultis et incultis, Agris pratis pascuis campis fenetis, Siluis, Nemoribus, Montibus, vallibus, vineis, viuearumque promonthorijis Aquis fluuijs, piscinis, piscaturis, Aquarumque decursibus, Molendinis et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertiuenciarum suarum integritatibus quouis Nominis vocabulo vocitatis, ad eandem de Jure, et ab antiquo spectantibus, qualitercunque haberemus vel successu temporum habere possemus, aut Nostram, ex quibuscunque causis vijs, Modis et Racionibus, nunc concerneret, vel in posterum concernere possent Maiestatem, Memorato Andree Lazar, suisque heredibus et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis, dedimus, donauimus, et contulimus, Immo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et Irreuocabiliter tenendum, possidendum, pariter, et habendum, Saluo Jure alieno, harum nostrarum quibus Secretum Sigillum nostrum quo vt Rex Hungarie vtimur est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante, Datum Bude dominico die proximo ante festum beate Cecilie virginis et Martiris, Anno domini Millesimo Quingentesimo septimo, Regnorum nostrorum Hungarie Anno decimo octauo, Bobemie vero Tricesimo octauo ¹⁾). Alterius vero continencia verbalis hec est, Nos Comes Petrus Comes de Sancto Georgio, et de Bozijn, Judexcurie Serenissimi principis, domini Wladislai, dei gracia Regis Hungarie, Bohemie etc. Necnon Waijwoda Transsiluanus et Siculorum Comes, Memorie comendamus, Quod **Nobiles Nicolaus Thoth de Zenthanna, ac Joannes et Blasius filij eiusdem**, coram nobis personaliter constituti, sponte et libere sunt confessi, retuleruntque nobis in hunc modum. Quod quia ipsis **Egregius Andreas Lazar de Zaarhegh**, de et, super illa pecuniarum Summa, pro qua alias **Nobilis franciscus filius condam Bartholomei Zekel de kijsfalwd** Totales eandem possessionem **kijsfalwd in sede Siculicali Maros** appellata existentem ac domum et Curiam Nobilitarem suas, in eadem possessione kijsfalwd habitam, preterea quoddam Molendinum, Trium Rotarum, in fluuio Maros vocato in territorio eiusdem possessionis kijsfalwd decurrenti constructum vigore certarum litterarum fassionalium Impignoraticiarum, superinde confectarum, eisdem inscripsisset atque impignorasset,

¹⁾ Ezen oklevél rövid kivonatát, Eder után 1508-ra *téve*, már föntebb közzé tettük **I. köt. CCXXIX. sz.**

plenariam impendisset solucionem, atque satisfaccionem., Ob hoc ipsi superinde ad plenum contenti, Memoratum Franciscum filium annotati condam Bartholomei Zekel super prescripta pecuniarum summa, per antefatum Andream Lazar, eisdem Nicolao Thoth ac Joanni et Blasio, modo antelato deposita, atque persoluta, Quittum expeditum ac modis omnibus absolutum, reddidissent et commisissent, prescriptasque possessionem kjsfalwd, ac domum et Curiam Nobilitarem, in eadem possessione vt prefetur habitam, Necnon Molendinum trium Rotarum, Memorato Andree Lazar, quiete et pacifice remisissent, et resignassent, Ceterum idem Nicolaus Thoth, ac Joannes et Blasius filij eiusdem, debitum habentes respectum ad preclara prelibati Andree Lazar beneficiorum, et multiplicium complacenciarum merita, Que ipsis Idem Andreas Lazar, In diuersarum Rerum et Negociorum ipsorum expedicionibus, large exhibuisset atque impendisset, Illi fassioni et Inscriptioni, quam alias prefatus Franciscus, filius annotati condam Bartholomei Zekel, super prescriptis possessione kjsfalwd, ac domo et Curia Nobilitari in eadem habita, Necnon Molendino trium Rotarum, In prescripto fluuio Maros, vt prefetur constructo, prefato Andree Lazar, vbicunque et qualitercunque fecisset, ipsorum consensum prebuisent beniuolum pariter et assensum, Immo reddiderunt Remiseruntque et prebuerunt, coram Nobis, Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Datum in possessione **Majjos**, *) feria quarta proxima ante festum beati Georgij Martiris, Anno domini Millesimo Quingentesimo Nono. Quibus presentatis, eosdemque in causam attractos, de nostri presencia similiter exmittendo, Tenoribus omnium earundem litterarum perlectis, et bene intellectis, quia **secundum continenciam prefacti generalis decreti verum esse apparebat, Quod Siculus Sentencionatus, bona et hereditates non amitteret**, Ex quo vero non intelligebatur, Quod actores fidem, aut honorem vel capita, in causam attractorum, requirerent, sed bona dumtaxat prescripta, Capitibus siquidem ipsorum Maiestas Vestra Sacra gratiam fecisse perhibebatur, Ob hoc actores premissam infidelitafis Notam, in causam attractis objicere non posse videbantur, Maiestas siquidem Vestra Sacra, bona Ipsa actoribus Saluo Jure alieno contulisse cernebatur, Juribus ergo in causam attractorum in illis bonis, saluis permanen-

*) **Majjos** falu Maros széken.

tibus, Que quidem Jura optima, Juribusque actorum, longe meliora, efficacioraque pociora, esse apparebant, Tunc eosdem actores, illa eadem bona, virtute premissa collacionis Maiestatis Vestre Sacre tenere, et possidere minime valere, Immo nec occupare potuisse, Et hijs sic habitis, qualitercunque excidissent in causam attracti, de ipsis bonis, sed vigore antelate constitucionis Regni et annuencie Maiestatis Vestre Sacre reoccupare valuisse, Et eos propterea in Nullo onere conuinci sed ab impetitione actorum simpliciter absolui, et exonerari, et In dominio ipsorum bonorum, Jure ipsis ex premissis incumbenti, perpetuo possidendorum, pacifice relinqui debere, et permanere valere, Nobis omnibusque predictis, vnanimiter, et perspicue agnoscebatur, De Quorum consilio prematuro, Quia prescripta proposita, et allegata, et responsa, parcium, propter Racionem prenotatam, Ne scilicet conuicia iacerent in alterutrum, et exinde Maiora consurgerent Jurgia, quasi non omnino Juridice, hoc est eisdem partibus coram et facie ad faciem non audientibus, sed seorsum audiuius, quamuis ergo prefato Michaeli Thoth, actori, iterum seorsum satis et sufficienter insinuaerimus pronunciando, et declarando, vt huic negocio suo aliter prouideret, si forte per concordiam ab ipsis in causam attractis aliquid habere possent, quia Jure et Justicia mediante bona ipsa rehabere non valerent, Et eosdemquoque in causam attractos, satagebamus inducere, vt concordie starent, Quia tamen talibus nostris admonicionibus, Neutra parcium voluit acquiescere, Et ex quo proposita Responsaque et allegata parcium sicut prefertur non omnino Juridice audieramus, Ideo Judiciariam quoque deliberacionem nostram ipsis partibus coram audientibus pronunciare non decere, neque posse videbatur, Sed quia tamen aparte videbamus, Quod eciam si pronunciamus Annotatus Michael Thoth, super ea minime contentari vellet, Dicebat enim, Quod vbi collacionem Maiestatis Vestre Sacre sibi hic coram nobis non prodesse videret, Eidem Maiestati Vestre Sacre reduceret, Et illic pluraquoque diceret, circa ipsos in causam attractos, Cui diximus, collacionem Maiestatis Vestre Sacre sibi in Nullo derogare, Maiestas enim Vestra Sacra saluo Jure alieno contulisset, quia tamen **causa ipsa, in facto hereditatis Siculicalis, supra valorem trium florenorum, verti et Juxta continenciam articuli generalis decreti in presenciam Maiestatis Vestre deduc i posse, et transmitti debere Intelligebatur,** et ipse Michael Thoth

sic ut prefertur deducere voluit, Nos itaque de eorundem dominorum ac Nobilium et Siculorum consilio prematuro, partibus antedictis pro termino coram Maiestate Vestra Sacra comparendi, Sexagesimum diem datarum presencium prefigentes, causam et differenciam prenotatam, cum tota sua serie, in presenciam Maiestatis Vestre Sacre duximus transmittendam, Maturius deliberandam, et fine debito terminandam, faciet Maiestas Vestra Sacra partes inter easdem superinde Id quod, vel Juri, vel Maiestati Vestre Sacre, melius faciendum videbitur expediri, Datum loco et termino in prenotatis, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quinto.

János királynak 1538, július 29-diki leveléből (Lásd alább CCLXIX. sz. alatt).

CCLXV.

János király megparancsolja Lázár Ferencznek és Kornis Miklós-nak, hogy mint néhai Czako Benedek végrendeletének végrehajtói, annak özvegyét Margitot a férje által neki hagyott javakkal elégségsék ki. Kelt Váradon 1536. január 8-dikán.

Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Egregijs **Francisco Lazar de Gijrgijo**, ac **Nicolao Kornis**, Salutem et gratiam, Exponitur Maiestati nostre in persona Nobilis domine Margarethe Relicte Egregij et Agilis condam **Benedicti Czako de chijk**, Quod licet idem condam Benedictus Czako dominus et Maritus suus, tempore vltime testamentarie dispositionis et voluntatis sue, vos exequutores illius ordinasset et constitisset, nonnullaque de rebus et bonis suis eidem domine exponenti per vos reddenda testamentaliter legasset, vos tamen illa nescitur qua ratione moti, nondum eidem domine exponenti ad sepissimas suas requisiciones reddere curassetis prout non curaretis eciam de presentí, In preiudicium et dampnum ipsius domine exponentis manifestum, Vnde in persona eiusdem Maiestati nostre debita cum instancia Supplicatum extitit, vt sibi superinde de opportuno Juris remedio prouidere, Et eam contra quoslibet alios eciam illegitimos

impetitores, turbatores et causidicos mediantibus vobis tueri et protegere dignemur, accepta igitur supplicatione ipsius exponentis et benigne exaudita, volumus et fidelitati vestre harum serie mandamus firmissime quatinus acceptis presentibus, ipsam dominam exponentem de rebus et bonis per maritum suum testamentaliter ut prefertur legatis, Juxta tenorem illius testamenti contentam reddere, preterea ipsam contra quoslibet illegitimos impetitores turbatores et causidicos, tueri protegere modis omnibus debeatis et teneamini Auctoritate nostra Regia presentibus in hac parte vobis concessa, Jureque et Justicia mediante, Secus non facturi, presentibus perfectis exhibenti restituti, Datum Waradini Sabbato proximo post festum Epiphaniarum domini Anno Millesimo Quingentesimo Tricesimo Sexto.

(P. H)

Eredetije papiron a budai kamarai levéltárban (N. R. A. 1565. csomag, 56. sz.).

CCLXVI.

Majlád István erd. vajda és székelyek ispánja megparancsolja az ország hatóságainak, hogy az Udvarhely széki székelyeket a székely sóval Segesvár és Köhalom szász székekben való kereskedésükben, melyet régi bevett szokás szerint szabadon űzhetnek ne háborgassák. Kelt Enyeden 1536. május 20-dikán.

Stephanus Maylad Waywoda Transsiluanus et Sicularum Comes etc. Vniuersis et singulis Egregijs et Nobilibus comitibus Vicecomitibus et Judicibusnobilium quorumlibet comitatum Officialibus, Castellanis, Camerarijs, Vicecamerarijs, Tributarijs ipsorumque Vices gerentibus item Prudentibus et Circumspectis Judicibus et Villicis omnium oppidorum et Villarum ipsorumque Rectoribus, Necnon Alterius cuiusuis Status condicionis et preeminencie hominibus harum Parcium Transsiluanarum vbiuis constituti et existentibus, presentes visuris, Salutem et fauorem. Quia Nos Egregios et

Agiles Siculos, Totamque Sedem **Wdwarhely** *), de vetusta et approbata consuetudine Salibus ipsorum Siculicalibus vbilibet in Sedibus Siculicalibus.**) Segeswar et kewhalom, gracia questus ambulare, Salesque huiusmodi libere vendidisse alias semper intelligamus, Ideo Vos et Vestrum quemlibet hortamur, Regiaque in persona vobis harum serie firmissime committimus. Quatinus, ipsos prefatos dominos Siculos totamque Sedem prefatam Wdwarhely, a modo imposterum in dictis duabus Sedibus Saxonicalibus vbilibet libere cum Salibus ipsorum Siculicalibus, absque aliquo personarum et Rerum impedimento Ire ambulare peragrareque, illis eciam Salibus prout hactenus viuere semper solitj existant, Sic et decetero vtj permittere permittique facere debeatis, ipsos propterea vel eorum alterum In persona vel rebus impedire turbare siue dampnificare nullomodo presumatis. Nec Sitis ausi Modo aliquaj. Nec Secus facere presumatis. presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum ex oppido Enijed Sabato ante dominicam Rogacionum Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Sexto.

(P.H.)

Eredetije papiron a gy. fejevári káptalan levéltárában (Cista Ugocsaiensis Fasc. II. Nro. 21.).

CCLXVII.

Szentpáli Kornis Miklós Udvarhely szék főkapitánya három Udvarhely széki előkelő székelylyel bizonyítja, hogy előttök Szentdemeteri Nyujtódi Gergely, mint Máté hadnagy árva unokáinak gyámja, és Véczei Geréb Bálint, Máté hadnagy Véczkén lévő öröksége fölött, melyért egymással hosszasan perlekedtek, bizonyos föltételek alatt megegyeztek. Kelt Udvarhely városában 1538. martius 14-dikén.

Nos Nicolaus Kornis de Zenthpal, Capitaneus Suppremus Sedis Wdwarhel, Petrus Gereb de Bethlenffalva, Franciscus Kachai

*) Eredetileg így volt írva; azonban, mint látszik, azon kéz, mely magát az oklevelet írta, a **Sedem** szót **Sedes**-re igazította s az Wdwarhely szó után a sorok közzé beírta „**et kerezthwr**”.

***) Így áll világosan a leíró tévedéséből **Saxonicalibus** helyett.

de Nagh Galambffalwa, et Ladislaus Benedekffi de Rwgomffalva, Recognoscimus per presentes ac memorie damus quibus Incumbit omnibus, Quod cum Egregij Nobiles fratres nostri, **Gregorius Nijwthodi de Zenthdemeter et Valentinus Gereb In veckeh,** pro quadam hereditate **Mathe Hannaghe** vocata in possessione ville vecke sita diu mutuo litigassent, cuius hereditatis medietatem Valentinus Geréb, a quibusdam Agilibus viris Valentino Pal de Almas et Matheo Vince, fratribus carnalibus, florenis XVI, In paratis pecunijs emisse dicebat perpetuo possidendam, et Gregorius Njwthodi In personis quorundam nepotum antelati Mathei Hannagh orphanorum, ad quos, alteram medietatem dicte hereditatis, ipse sepedictus Gregorius Nijwthodi premanibus habebat, dicebat et respondebat, Quod prelibati Valentinus Pal et Matheus Vince non habuissent Jus vendendi hereditatem contra orphanos Matehannagh, vel neque ipsos dictos Valentinum Pal et Matheum Vinche concernisset hereditas, Nos Inquam in anno domini 1.5.38., prima feria quinta Quadragesime, sic, prenominatos causantes fratres nostros ad vnionem pacis deduximus huiusmodique concordiam inter eos fecimus, Quod Infra spacium annorum sex, dominus Valentinus Gereb medietatem hereditatis tocus, regat, gubernet et possideat, et si Interim cum orphanis nepotibus Mathehannagh bonomodo concordare vel ab eis emere potuerit, bene, Alioquin, elapsis annorum sex, si sepedicti orphani, sepenumero fatam hereditatem e manibus domini Valentini Gereb rehabere cupierint, eligantur per ambas partes, delecti homines quatuor vel plures Iudices, et Valentinus Gerebh teneatur Inducere, supranominatos Valentinum Pal et Matheum Vince, vel si tempore labente morerentur, filios vel posteros, in tutelam sui, Et si Iudices ad id deputati secundum veram et Justam Juris administracionem, dictos Valentinum Pal et Matheum Vince, supradictam hereditatem venumdare potuisse Invenerint, extunc sepedicti orphani, illos florenos XVI, in prompta pecunia, ipsi domino Valentino Gereb soluere teneantur, si hereditatem recuperare voluerint, et dominus, Valentinus teneatur leuare pecunias, Ita, Quod si non leuaret, pecunias de cetero quirere non valeat, sic similiter, si orphani non deponerent in paratis pecunijs illos florenos XVI, amplius hereditatem querere et repetere non possint, Sed si secundum Juris administracionem, sepenumero dicti Valentinus Pal et Matheus Vinche hereditatem dare et vendere non potuissent, ex-

tunc ipse dominus Valentinus Gereb querat pecuniam suam per ipsos vel ab ipsis venditoribus, et hereditatem orphanis Mathehanagh relinquere debeat et teneatur absque omni solutione pecuniali, De hac Igitur concordia, Juxta pactionem, has nostras dedimus litteras, nomine et sigillo nostro roboratas, in oppido Wdwarhel, in domo Michaelis Sewch, Anno et die quibus supra.

(P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.)

Eredetiye papiron gr. Eszterházy János gyűjteményében Kozsvártt.

CCLXVIII.

Majlád István erdélyi vajda bizonyítja, hogy előtte Szentgyörgyi Tóth Mihály és M. Vásárhely város előljárói, a Tóth Mihály által a városnak tett károk s a polgárokon elkövetett sértések ügyében, barátságosan kiegyeztek. Kelt Székely-Vásárhelyt 1538. maj. 9.

Nos Stephanus Majjlad Waijwoda Transsiluanus, et Siculorum Comes etc. Memorie commendamus per presentes, quod Egregius **Michael Thoth de ZenthGijergh**, ab vna, ac Circumspecti prouidique **Thomas Kewpewczy Judex**, ac Emericus Zewch, Gregorius Pahijsos, ceterique iurati, et Ciues, atque consules istius **oppidi Zekelwasarhel**, partibus ab altera, nostram personaliter venientes in presenciam, per eadem partes, sponte et libere confessum extitit pariter et relatum in hunc modum, Quod quamuis alias inter ipsas partes, ratione indebitarum vituperacionum ac dehonestacionum verberacionumque et wlnerationum, et debitorum atque dampnorum, per prefatum Michaelem Thoth, vt Maiestati Regie domino nostro clementissimo, per annotatos Judicem et Ciues, conquestum fuerat, eijsdem, et quampluribus Incolis istius Oppidi irrogatorum certe lites et differencie, contencionumque materia moueri et suscitari deberentur, Eedem tamen partes, medio certorum proborum et Nobilium virorum, pro pace et concordia inter eos laborancium, volentes vltioribus curis laboribus fatigijsque et expensis eorum parcere, Rixasque et controuersias euitare, et decetero bona et

quieta vicinitate invicem perfrui cupientes, ad talem pacis et concordie devenissent unione, prout nostro deincerentur et vincte extiterunt nostro in conspectu, Talimodo, Quod primo prelibatus Michael Thoth, memoratos Judicem, et Ciues, et per eos eciam alios ciues dehonestatos et lesos atque dampnificatos, per certos et quidem pociores Egregios et Nobiles dominos, honorifice reconciliauit et pacificauit coram nobis, Insuper Quod ratione premissarum lesionum, et premissorum debitorum atque dampnorum, in dominica, videlicet in crastino festi Beatorum Petri et Pauli Apostolorum nunc venturi, in domo prefati Thome Kewpewczij Judicis, sub vinculo centum florenorum, breui conuocatione mediante, in presencia predicti domini nostri Regis, in hoc Regno, coram sua Maiestate, in ausencia vero sue Maiestatis, coram Nobis vel alijs Vayuodis sew Vicewayuodis Transsiluanis, semper pro tempore constitutis, accedendo, paratis in pecunijs, Triginta duos florenos deponere et persoluere tenetur per ipsos Judicem et Ciues, iuxta conscienciam eorum, inter predictos lesos et dampnificatos distribuendos, prout, ad hoc, ipse quoque Michael Thoth seipsum obligauit, Ceterum vt quandocunque Idem Michael Thoth, in territorio possessionis **Kijsfalud**, araturam et sementa facere voluerit, Tunc illas terras, circumcirca sepibus more solito prepararifacere debeat, Ne pecora et pecudes istorum oppidanensium, ad sementa sua, transire possint, Et alioquin absque sepibus, terram prohibitam Illis seruare, et pecora pecudesque de Illinc intropellere et abigifacere non valeat, Harum nostrarum vigore et Testimonio litterarum mediante, Datum in eodem oppido ZekelVasarhel, Sabato proximo post festum Ascensionis domini, Anno eiusdem domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo octauo.

Lecta.

(P. H.)

Eredetije M. Vásárhely város levéltárában.

CCLXIX.

János király Gyergyai Lázár Jánosnak a Szentgyörgyi Tóthok ellen folytatott s Majlád István erdélyi vajda törvényszékéről elébe föllebbezett perében végítéletet hozván, Maros-Vásárhely mellett fekvő Kisfalud helységét a hozzá tartozó három lófősséggel együtt Lázár Jánosnak és örököseinek örökre visszaitéli. Kelt Segesvártt 1538. július 29-dikén.

Nos Joannes Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos feria tertia proxima post festum Ascensionis domini nunc proxime preteritum, vnacum nonnullis dominis Prelatis, Baronibus Magistro prothonotario, et Regni nostri Nobilibus, Sedis vtpote nostre Judiciarie Assessoribus, in oppido nostro Zekelwasarhel constitutis in eadem sede nostra Judiciaria sedentibus Matheus de Zenthgyiewrgh, pro Egregio Joanne Lazar de Gyewrgijo, ab vna, cum literis procuratorijs, partibus ex altera Juxta continenciam literarum Spectabilis et Magnifici Stephani Majlád Siculorumque nostrorum Comitís adiudicatoriarum pariter et Transmissionalium coram nobis comparentibus*) litteras waijvodaes Adiudicatorias Transmissionales in papiro clause confectas, sigilloque prefati Stephani waijwode nostri in exteriori margine impressiue confirmatas vtrinque nobis exhibuerunt et presentauerunt hunc tenorem continentes. **Serenissimo Principi domino** suo clementissimo stb. (Lásd föntebb 1535-re CCLXIV. sz. alatt). A quoquidem Sexagesimo die prescripti festi diui Emerici ducis et confessoris In prescripto Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quinto transacto preteriti, causa parcium prescripta, partes inser easdem, seriebus literarum nostrarum prorogatoriarum, diu-

*) A kipontozott helyek az eredeti pergamenen, melyet valaha a nedvesség igen megrongált, teljességgel olvashatatlanok

cius ventillanda, Nobisque medio tempore, Nostris et Regni nostri Rebus et negocijs exigentibus, ad has partes dicti Regni nostri Transsilvanas feliciter ingredientibus, vltimatim predictam feriam terciam proximam post Idem festum Ascensionis domini proxime preteritum, Consequenterque de transmissione prefati Stephani Waijwode nostri, mediantibus prescriptis literis nostris *) Adiudicatorijs, pariter et Transmissionalibus, Maiestatis nostre in presenciam modo dilatiuo deuenta, et deducta attigisset, Qua instante, prefatisque procuratoribus parcium Antedictarum coram Nobis comparentibus, suisque partibus causa in premissa per Maiestatem nostram Juris equitatem Justicieque complementum, ac finalem deliberacionem, elargiri supplicantibus, Vnde Nos visis perlectisque et diligenter Ruminatis, tenoribus et continencijs prescriptarum literarum Waijwodalium Adiudicatoriarum, transmissionalium Quia deliberacio cause prescripte, per Annotatum Stephanum Waijwodam nostrum, debito Juris ordine, veroque, et iustomodo, ac Juxta predicti Regni nostri et parcium ej subiectarum, laudabilem legem, et consuetudinem lata, et pronunciata fore, ex Isdem tenoribus, et continencijs prescriptarum literarum Waijwodalium Adiudicatoriarum, pariter et Transmissionalium superius verbaliter insertarum comperiebatur manifeste, Ob hoc huiusmodi Judicium, siue Judicaria deliberacio, prefati Stephani Waijwode nostri, partes inter prefatas vt premittitur factum, et celebratum, in omnibus suis punctis, clausulis, et articulis, acceptari, approbari, Ratificarique, et laudari, prescriptaque totalis possessio kijsfalwd, sed et domus et Curia Nobilitaris, in eadem in medio terre Siculorum nostrorum, penes iamfatum oppidum Nostrum Zekelwasarhel, in predicto districtu, sew sede Maros zeek, appellata, existens situata, simulcum antedicto Molendino, prope eandem possessionem kijsfalwd, per fluiuum Maroswijz dictum constructo, cunctis eciam alijs hereditatibus Siculicalibus, puta tribus primipilatibus, quorum vt prefertur primum in genere Meggijes in linea dwdor, Secundum in eodem, genere Meggijes, ac linea kwrth, Tercium vero in genere Halom linea sew Arbore Naznaam nunccupatis, habitis, Alijs denique vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, ad eandem de Jure, et ab antiquo spectantibus, pertinereque debentibus, Memorato Joanni Lazar, suisque heredibus, et

*) Az eredetiben világosan **nostris** áll, tévedésből **suis** helyett.

posteritatibus vniuersis, in perpetuum adiudicari, reddique, et restitui debere, Nobis ac prefatis dominis prelati, Baronibus, Magistroque prothonotario, et Regni nostri Nobilibus, dicte vt puta sedis nostre Judiciarie assessoribus, Nobiscum in discussione et examine presentis cause existentibus cernebatur manifeste, Pro eo Nos de eorundem dominorum prelatorum et Baronum Magistrisque prothonotarij et dicte sedis nostre Judiciarie assessorum, consilio et deliberacione prematura, premissam Judiciariam deliberacionem annotati Stephani waijwode nostri, per eundem causa parcium in predeclaratam, ordine prenarrato vt premittitur factam, quoad omnes earum continencias, clausulas, et articulos acceptantes, laudantes, approbantesque, et Ratificantes, Et Nichilominus prescripta totalis possessio kjsfalwd, simulcum prescriptis hereditatibus Siculicalibus, puta prefatis, tribus primipilatibus, in prescriptis tribus generibus, et lineis, domoque et Curia Nobilitari, in eadem possessione habitis, Necnon Molendino, ac cunctis alijs vtilitatibus et pertinencijs quibuslicet, quouis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem vt preferitur, de Jure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus, prenominato Joanni Lazar, suisque heredibus, et successiue posteritati, in perpetuum adiudicanda, ac eidem, per alias litteras nostras adiudicatorias pariter et occupatorias, superinde confectas, contradiccione pariter et Inhibicione predicti Michaelis Thooth in causam attracti et aliorum quorumlibet preuia Racione non obstante, reddi et restatui, per eundem, pristino Jure ipsi incumbenti, tenenda, possidenda, pariter et habenda, debere decernentes, atque committentes, Immo decreuimus et commisimus Auctoritate nostra Judiciaria Jureque et iusticia mediante, Harum nostrarum pendentis et autentici Secreti Sigilli nostri, quo vt Rex Hungarie vtimur, munimine roboratarum, vigore et testimonio litterarum mediante, Datum in Ciuitate nostra Regia Segeswar Quinquagesimo Sexto die termini prenotati Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesinio octauo.

Lecta est et extradata per me magistrum Georgium posa
prothonotarium presencie Regie Maiestatis.

Eredetije pergamenen, ivréti könyvalakban, egykori függő pecsétje hijával, az erd. Muzeum kéziratárában (a krasznai Cserey-könyvtárral együtt vásárolt oklevelek közt).

CCLXX.

János király megparancsolja Nagy-Besenyei Léla János királyi udvari jegyzőnek, hogy Gyergyai Lázár Jánost a Maros-Vásárhely mellett fekvő Kisfalud helység és három lófőség birtokába, melyeket a Szentgyörgyi Tóth Mihálylyal folytatott perben királyi ítélettel megnyert, — a szomszédok és a Maros széki kapitányok és bírák jelenlétében igtassa be. Kelt Alsó-Bajomban 1538. aug. 3-dikán.

Joannes Dei gracia Rex hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fide-li nostro Nobili Joanni Letha, de Nagh Bessenijew, Curie Nostre No-tario, Salutem et gratiam. Noueris quod in examine, et discussione cuiusdam Cause et differencie, inter Egregium **Joannem Lazaar de Gijrgijo**, vt actorem ab vna, ac Nobilem **Michaelem Thooth de Zenth-gijewrg**, veluti in causam attractum partibus ex altera, Racione et pretextu possessionis **kijsfalwd** vocate, in contigua vicinitate **oppidi nostri Zekelwasarhel, in Sede Maros existentis**, Simulcum Molendino duarum Rotarum, ibidem constructo, necnon **trium primipila-tuum, quarum primum in genere Meggijes, in linea dwdor, Secun-dum simiilter in eodem genere Meggijes in linea kijwrth, Tercium autem in genere Halom, in linea Naznan nuncupatorum**, Coram No-bis mote, et per Nos adiudicate, predicta possessio **kijsfalwd**, ac idem Molendinum, necnon primipilatus, cum omnibus eorundem vti-litatibus, et pertinencijs quibuslibet, Certis et racionabilibus de cau-sis eidem actori, heredibusque suis in perpetuum adiudicari, statui-que debere sunt comperti, prout hec omnia series et continencie aliarum litterarum nostrarum adiudicatoriarum, superinde confecta-rum clarius declarant, et exprimunt, ad quarum quidem possessio-nis et Molendini, ac primipilatuum Restatucionem peragendam, Tu per Nos de Curia Nostra Regia transmitti debere videbaris, Pro eo, fidelitati Tui harum serie committimus et mandamus, Quatenus ac-ceptis presentibus, Statim, Tu ad facies dictarum possessionis **kijsfalwd** et Molendini, necnon primipilatuum, vicinis et commetaneis, ac **Capitaneis, et Judicibus dicte Sedis Maros**, inibi legitime con-

uocatis, dictam possessionem kjsfalwd, et idem Molendinum, necnon primipilatus, simulcum predictis cunctis earum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, memorato Joanni Lazaar Statuas et committas, ac relinquo per Eundem et eiusdem successiuam posteritatem perpetuo tenendam, vtendam, possidendam, pariter et habendam, Contradiccione pariter et inhibicione prefati Michaelis Tbooth, et aliorum quorumlibet preuia racione non obstante. Et tandem Seriem huiusmodi Restatucionis, Maiestati nostre, fide tua mediante, suo modo refferre debeas, et tenearis, Secus non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in possessione Also Baijon, feria sexta proxima post festum ad vincula Beati petri Apostoli. Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo octauo.

János király 1538. aug. 7-én kelt leveléből.

CCLXXI.

János király bizonyítja, hogy Nagy-Besenyei Léta János kir. udvari jegyző, az 1538. aug. 3-dikán kelt királyi parancs értelmében, Lázár Jánost Kisfalud helység s a hozzá tartozó három lófőség birtokába aug. 4-dikén visszaigtatta. Kelt Tordán 1538. aug. 7-én.

Nos Joannes Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium, Significantes quibus expedit vniuersis, Quod fidelis noster Nobilis Joannes letha de Nagh Bessenijew, Curie Nostre Notarius, Maiestatis Nostre veniendo in presenciam, exhibuit Nobis et presentauit quasdam litteras Nostras preceptorias in simplici papiro patenter Confectas, Sigilloque Nostro Secretali ab intra in inferiori margine impressiue consignatas, hunc tenorem continentes, **Joannes dei gracia Rex Hungarie** stb. (Lásd CCLXX. sz. a.). Quibus exhibitis et presentatis, idem Joannes Letha, fassus est et retulit Nobis in huncmodum, Quomodo Ipse die dominico proximo post festum Beati petri Apostoli ad vincula proxime preteritum, ad facies predictarum possessionis kysfalwd ac Molendini ac primipilatuum accessisset, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis, et Signanter Egregijs **Georgio Appaffij de**

Appanaghffalwa Capitaneo, francisco Lazaar de Saard Judice, Georgio Pethew de Maroskerezthwr vice Judice, Sedis Maros, Balthasare polijak de Zekelffalwa, Item Agilibus Thoma kewpeczij Judice, Sebastiano Nijerghe, Balthasare Ferenczij, Bernardo Izlaj inhabitatoribus oppidi Zekelwasarhel, Andrea Sardij, Alberto Wancha, de Zekelffalwa predicta, francisco Orban, Martino kijs et oswaldo Istok de Maros Zenth Anna, in ibi legitime conuocatis, dictam possessionem kijsfalwd ac idem Molendinum, necnon primipilatus, simulcum predictis cunctis earum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, Memorato **Joanni Lazaar** actori, Stauisset, et commisisset, ac relinquisset, per eundem suosque heredes et vniuersam successiuam Ipsius posteritatem, in perpetuum vtendam, tenendam, possidendam, pariter et habendam, Contradiccione pariter et inhibicione, prefati **Michaelis Thooth,** et aliorum quorumlibet, preuia racione non obstante. Incuius quidem Restatucionis Testimonium firmitatemque perpetuam presentes litteras Nostras, quibus Secretum Sigillum Nostrum, quo vt Rex Hungarie vtimur, in pendenti est appensum, dicto Joanni Lazaar, duximus concedendas, Datum in oppido nostro Thordensi Quarto die Restatucionis prenotate, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo octauo.

Lecta et extradata per me magistrum
Georgium Posa, prothonotarium pre-
sencie Regie Maiestatis.

Egykorú hiteles átirata pergamenen, könyv alakban, melynek függő pecsétje elveszett, az erd. Múzeum kéziratárában (a krasznai Cserey-könyvtárral együtt vett oklevelek közt).

CCLXXII.

Majlád István erdélyi vajda megparancsolja Brassó városának, hogy az Ojtoz őrzésére táborba szállt sereg számára három hordó bort és más élelmi szereket küldjön Kézdi-Vásárhely városába. Kelt Torjavására (Kézdi-Vásárhely) városában 1538. sept. 16-dikán.

Prudentes, et Circumspecti, Amici charissimi, Salutem. Cum gentes iste, que ad custudiam **Oijthoz** in castris constitute sunt, vino aliisque rebus ad victum necessarijs carere non possint, Volumus et vobis Auctoritate Regia firmiter committimus, vt tria vasa vini, et alia victualia venalia, huc ad **oppidum Wasarhel** ¹⁾, mittere debeatis, Ne gentes iste rebus Necessarijs deficient. **Ex oppido Thoria wasara** ²⁾, Tercio die festi Exaltacionis Sancte Crucis, Anno domini Millesimo, Quingentesimo. Tricesimo octauo.

Stephanus Majjlad comes
et Waijwoda Transsiluanus etc.

Kivül: Prudentibus, et Circumspectis Juratis consulibus ciuitatis Brassouiensis, Amicis charissimis.

Eredeti, zárt alakban, vörös viaszba nyomott pecsétje nyomával, Brassó város levéltárában.

¹⁾ A mai **Kézdi-Vásárhely**.

²⁾ **Torjavására** a mai **Kézdi-Vásárhely** eredeti régi neve.

CCLXXIII.

Szapolyai János király a Felvincz mezőváros és az Aranyos széki székelyek közt királyi táblája előtt folyt perben ítéletet hoz, mely szerint a Hidas, Csákó és Örményes Aranyos széki helységek fölött lévő erdő használata, Felvincz mezőváros lakosait, jóllehet ezek a királyok részére adandó ökörsütéstől és az Aranyos szék közkölteihez való járatástól kiváltságleveleik által föl vannak mentve, éppen úgy illeti, mint az Aranyos széki többi székelyeket. Kelt Gerenden 1538. sept. 18-dikán.

Nos Johannes dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, Damus pro memoria, quod nobis Sabbatho proximo post festum beate Marie virginis vnacum nonnullis dommis Prelatis, Baronibus ac Regni nostri Nobilibus, Sedis vtputa nostre Judiciarie Assessoribus, in possessione Gerend, pro faciendo Judicio consedentibus constitutis, Nobilis Johannes Bot de Zeplak, nomine procuratoris pro Agilibus Incolis et Inhabitoribus **Oppidi nostri Siculicalis Felvincz in Sede Aranyas existentis**, vt Actor ab vna, ac Egregius Agilis **Andreas de Kewend** pro se personaliter, et pro altero **Andrea Dienesi, Johanne Antalfi, et Nicolao Literato de Zentmihalyfalwa**, necnon **Stephano Varfalwi de Kerchet, Laurencio et Francisco Garda**, ac **Gregorio Balog de Bagyon**, pocioribus videlicet Sedis predictae Aranyas penes ipsos personaliter astantibus, velut In causam attractis, ab altera partibus, modum et formam legitime euocacionis obseruantibus, et in figura nostri Judicij comparentibus, prefatus Johannes Bot Procurator dictorum Actorum, contra prefatos pociores Incausam attractos, proposuit eomodo, Qualiter ipsi pociores, nescitur quomodo moti, ipsos Incolas iam fati Oppidi Ferwincz ab omni vsu quarundam totalium Syluarum Siculicalium supra **Hijdas, Chako et Ewrwenijes** vocatas possessiones *) in predicta Sede existen-

*) **Hidas, Csákó, Örményes** egymás mellett eső falvak Aranyos szék délnyugoti részében.

tes habitarum, que vniuersis Siculis ipsam Sedem inhabitantibus ab olim et ab antiquo libero ac pacifico vsui subiecte, fuissent et vtensiles, prohibuissent, seque et manus suas, Oppidanorum videlicet, de ipsis Syluis recaptiuassent, in preiudicium et damnum Ipsorum manifestum valde magnum. Quo audito prefati In causam attracti ex aduerso responderunt eo modo. Quod Sylue predictae ipsis Incolis Felwincz Oppidi nunquam fuerunt libere vtensiles, ex eo, quod ipsi nec Maiestati nostre boues exustos, et nec ipsis pocioribus ad exequenda negocia vniuersitatis Sedis Aranyas antelate expensas dare essent obligati, cum per Inclytos Reges Hungarie nostros predecessores, et per nostram quoque Maiestatem, de talibus premisis graciose exempti et supportati existerent *). Quo percepto idem Procurator Actorum respondit iterum, ipsam graciosam exempcionem eisdem Incolis ex speciali gracia Inclytorum Regum predictorum donatam autoritate Regie Celsitudinis libere concedi potuisse, et cum hoc ijdem pociores Syluas ab eis prohibere et recaptiuare minime potuissent, quia ipsi quoque Incole eadem libertate Siculicali, qua ceteri Siculi nostri in Sede prefata Aranyas commorantes, vterentur. Et quia super premissis vtraque parcium per nos Iudicium et justiciam postulabat elargiri, Nobis et dictis dominis Prelatis, Baronibusque et Regni nostri Nobilibus nobiscum in Iudicio et examine presentis cause considerentibus, vt vniuerse Sylue predictae Siculicales, ex eo, quod et Incole Oppidi Felwincz predicti eadem qua ceteri Siculi nostri in Sede predicta Aranyas residentes, libertate vterentur, sicuti ceteris ita et ipsis Incolis libere et vtensiles forent, et cum hoc, quod de exustione bouum et dandis expensis graciose exempti et supportati essent, ab vsu Syluarum antefatarum prohiberi et recaptiuari nequaquam possent, ad hoc enim, vt suorum subditorum merita digna recognicione varijs libertatibus condonaret Regij culminis dignitas, ex antiqua et approcata Regni nostri consuetudine admissa est, Propter quod, vt ipsi Incole Syluas predictas semper libere vti et pacifice valeant, Judicialiter decernendum et deliberandum fore videbatur, prout Iudicando commisimus et deliberauimus eodem modo, harum nostra-

*) Kitetszik ebből, hogy Felvincz mezővárosnak valamint Szapolyai Jánostól, ugy az őt megelőző királyoktól is voltak kiváltságlevelei, melyekben e város lakói az ökörsütéstől és az Aranyos szék költségeihez való járulástól föl voltak mentve. Ez oklevelek azonban még nem kerültek napfényre.

rum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum die quinto termini prenotati Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Octauo.

(P. H.)

Lecta et ad relacionem Magnifici domini Francisci de Kend Tawernicorum Regalium magistri extradata.

Báthori Zsigmondnak Gyula-Fejérvártt 1585, apr. 4-dikén kelt megerősítő leveléből, mely megvan a gy. fejérvári káptalanban (Liber Regius I. Sigismundi Báthori). — János király ezen ítéletlevelét átírta és megerősítette elsőben Izabella királyné Gy. Fejérvártt 1558. oct. 27-dikén, ezt azután ismét átírta Báthori Kristóf Kolozsvártt 1576. majus 5-dikén, s Báthori Kristóf e levelét írta át végre Báthori Zsigmond 1585. apr. 4-dikén. Izabella és Báthori Kristóf említett leveleit, mint a melyek csak a szokásos bevezetésből és megerősítési befejezésből állanak, bizvást mellőzhetőnek tartottuk.

CCLXXIV.

Gyarmathi Balassa Imre erdélyi vajda megparancsolja Úzoni Márk Jánosnak, hogy miután őt Úzoni Béli Pál bizonyos becsületbeli dologban törvény elébe kívánja idéztetni és elítéltetni, Sepsi szék legközelebb tartandó törvényszéke elébe személyesen jelenjék meg Kelt Almás várában 1539. martius 17-dikén.

Emericus Balassa de Gijarmath Wajjwoda Transsiluanus et **Siculorum Comes** etc. Agili **Joanni Mark de Wzon**, Salutem et fauorem, Exponitur Nobis In persona Egregij **Pauli Beldij** de eadem **Wzon**, Quomodo ipse te Racione certorum Negociorum factum honoris tangencium et concernencium In presenciam illius Sedis vestre Judicarie In causam attrahere vellet, et ex parte tui Judicium et Justiciam habere vellet, Requirimus igitur te, Nichilominusque Tibi harum serie Regia In persona firmiter committimus, quatinus agnitis presentibus In proxima sede Judiciaria Vestra, coram Judi-

ce et ceteris pocioribus Assessoribus dicte Sedis Vestre personaliter ad Instanciam prefati Pauli Beeldij comparere debeas et tenearis, Secus non facturus, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in Castro nostro Almas, feria secunda proxima post Dominicam Letare Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Nono.

(P. H.)

Lecta.

Eredetije papiron az Erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplomatarium Autogr. Tom. III.) — Veres viaszba nyomott gyűrűpecsétje épen maradt; rajta paizsban bölény fej, szarvai közt csillaggal; a paizs fölött E. B. betük. — Ezen Gyarmathi Balassi Imre erd. vajdát 1239-re teszi székelyek ispánjának Ballmann János Mihály, Siebenb. Quartalschrift. V. köt. 103. 1., mi kézzelfogható tévedés 1539 helyett.

CCLXXV.

Majlád István vajda megparancsolja Maros széknek, hogy Szentgyörgyi Tóth Mihály szolgája Sánta Pál ügyében, ki marosvásárhelyi lakos Kabalás Balázs házát fegyveresen, erőszakosan megrohanta s ezért fogságban van, minden további halogatás és kifogás nélkül hozzon ítéletet. Kelt Fogaras mezővárosban 1539. december 15-dikén.

Stephanus Maylad de fogaras, Vayuoda Transsiluanus et Siculorum Comes etc. Egregijs et Agilibus Capitaneo, ac Judicibus, Necnon pocioribus et primipilis Siculis Assessoribus sedis Maros, Salutem cum fauore. Exponitur nobis in personis Agilium et Circumspectorum Judicis et Juratorum, ceterorumque Ciuium **Oppidi Maros Vasarhel** *), Qaliter Vos causam prouidi Blasij Kabalas dicti Incole ipsius Oppidi, Contra quendam Paulum Santha, Seruitorum Egregij **Michaelis Thoth de Zenth Gijergh** Qui domum prefati

*) Itt jö elő oklevelesen tudtomra legelőször a **Maros-Vásárhely** név az ezelőtt sőt még ezután is sokáig használt eredeti **Székely-Vásárhely** (Forum Siculorum) név helyett.

Blasij Kabalas, hijs proxime preteritis diebus manibus armatis et potenciarijs, serotino vespere, Invasisset, eundem nece miserabili interficere satagendo, et Ibidem captus et detentus extitisset, per diuersas occasiones differretis, debitum Iudicium eidem in hac parte abnegantes, in preiudicium et dampnum eiusdem valdemagnum et manifestum, Cum autem Iudicium et Justicia nemini debeat abnegarij, Requirimus Igitur vos, et nichilominus vobis harum serie, Regia in persona firmiter committimus, Quatenus agnitis presentibus, Causam pretactam vlterius indeliberatam tenere nolitis neque audeatis, sed annotato Blasio Kabalas, ex parte predicti Pauli Sancta, absque omni fauore et occasionis adinuencione bonum et rectum Iudicium, debitamque et sufficientem Justiciam et legem atque prouisionem administrare et administrarifacere debeatis et teamini, Secus non facturj, Presentibus perlectis exhibentj restituti, Datum in Oppido nostro Fogaras predicto feria secunda proxima post festum Beate Lucie virginis et Martiris Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Nono.

Propria Commissio domini (L.S.)
Comitis et Vaywode.

Eredetije Maros-Vásárhely város levéltárában.

CCLXXVI.

Majlad István erdélyi vajda néhai Barlafi Demeter csik-szentmihályi örökségét Véczei Székely János ellenében néhai Zsögödi Czakó Benedek özvegyének Margitnak és gyermekeinek Kristófnak és Margitnak itéli, s meghagyja Szentkirályi András Mártonnak, Szentpáli Kornis Mihálynak és Csicsói Lázár Imrének, hogy az említett özvegyet és gyermekeit ezen örökségbe igtassák be. Kelt Fogaras mezővárosban 1539. december 17-dikén.

Stephanus Majlad de Fogaras, Vaijuoda Transsylvanus, et Siculorum Comes etc. Egregijs et Agilibus **Martino Andrassij de Zentkkijral, Nicolao Kornis de Zenthpal, et Emerico Lazar de Chijcho**, Salutem et fauorem. Noueritis Quod Nobis tercia die preterita, ad quem scilicet terminum, causa presens, de sabato

nunc preterito devenerat ventillanda, vncum nonnullis harum par-
cium Transsylvanarum Nobilibus et Siculis, hic in Fogaras consti-
tutis et existentibus, Clemens kowacz de Zenth Imreh pro Nobili
domina Margaretha, Relicta, ac Christophoro filio, et puella Mar-
garetha filia Egregij condam **Benedicti czako de Sijked** *) contra
Agilem **Joannem Zekel de Veczke** absentem, in forma nostri Ju-
dicii comparando, declaravit hocmodo. Quod superiore tempore,
cuius iam fere sexta vel septima Instaret reuolucio Annualis, pre-
fatus Joannes Zekel ab ipsa domina Margaretha hereditatem con-
dam **Demetrii Barlaffij**, In possessione **Zent Mijhal vocata, in sede**
chijk existente habitam tali Jure querere incepisset, Quod Ipse il-
lam hereditatem, saltem vsque terminum vite dicti condam Bene-
dicti Chako Impignorasset, eidem, Talimodo, Quod ipso mortuo abs-
que omni Redempcionis solucione rehabere valeret, Et quia super
huiusmodi Accione et Acquisicione sua nullum testimonium produ-
cere potuisset, Ergo Sedis Chijk eandem dominam Margaretam,
Jure testamentarie legacionis condam Benedicti Czako, et post
ipsam, predictosquoque filium et filiam suam, in dominio eiusdem
hereditatis pacifice permisisset, Expost vero Idem Joannes Zekel
causam ipsam cum Nouo Judicio iterum Incepisset, Contra quem
procurator domine Margarete Allegasset, se penes Nouum Judicium
Interim stare nolle, Nisi ipse Actor expensas dicte domine in pri-
ori huius litis processu expositas, eidem deponeret, Quo deponere
noleute, Eadem Sedis Chijk Judicasset Illic vero
Actore non contento, ad Vdwarhel deduxisset, Vbi eciam in eodem
Judicio fuisset permissum, Illicquoque non contentus ad Nos ap-
pellasset, et In termino Idem actor comparuisset, procurator vero
ipsius domine, propterea Quod nos ad in Itinere fuisse-
mus, nequiuisset, pro qua non comparicione Egregius **Michael San-**
dor de Zent Mijhal nomine dicti Joannis Zekel cum literis nostris
adJudicatorijs pretactam hereditatem simulcum Alijs omnibus Ter-
ris Arabilibus, ac siluis et pratis ville, eciam Nijres vocatis quas
Iamfatus condam Benedictus Czako dominus et Maritus suus, ad
eandem hereditatem pro sorte possedisset, Et cum quibus eandem
hereditatem ipse domine Margarethe legasset, Totaliter occupasset,
Qua, racione coactus (**igy**) fuisset eciam Ipsa domina Margaretha,
in ista causa A nohis nouum Judicium Impetrare, cum quo dictum

*) **Sijked**, a mai **Zsögöd** Csikban.

Joannem Zekel, nostram in presenciam Euocasset, Interim vero Eedem Ambe partes, eandem causam, manibus vestris videlicet Nicolaij Kornis et Martini Andrassij vnanimi voluntate submisissent componendam, si fieri posset, Sin autem, tunc vos iterum nostram In presenciam transmitteretis prosequendam et determinandam. Et quia componere nequiuissent, Ideo ad predictum presentem terminum transmisissetis, prout hec omnia premissa vobis euidenter constarent, Inquoquidem termino Annotatus Joannes Zekel, per prelibatum procuratorem memorate domine Margarethe, congruis diebus eiusdem termini, coram nobis legitime expectatus nostram In presenciam non venit neque misit, Ob hoc eadem domina Margaretha, causam hanc per non venienciam ipsius aduersarij sui iterum obtinuisse, et ex eo prenotata totalis hereditas simulcum prescriptis cunctis vtilitatibus et pertinencijs suis quibuslibet, Eidem domine, et post Ipsam iamfatis filio et filie suis per vos restatui debere videbatur, Requirimus igitur vos, et nichilominus vobis harum serie, Regia in persona, sub oneribus alias in talibus obseruari solitis (firmi)ter conimittimus, Quatinus Agnitis presentibus, si premissa vobis sic et suo modo Acta et facta fuisse et esse constant, Tunc (ad faciem) prenotate hereditatis litigiose, vicinis et commentaneis eiusdem vniuersis Inibi legitime convocatis et presentibus coniu(nctim vel) diuisim personaliter accedendo, eandem simulcum prefactis cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs, eciam Terris siluis et (pratis) ville, eciam Nijres vocatis, ad eandem hereditatem de Jure et abatitiquo spectantibus pertinereque debentibus, de manibus supradi(cti) Joan)nis Zekel, simulet Michaelis Sandor excipere, et memorate domine Margarethe, et prenominatis heredibus suis (restat)uere debeatis et teneamini Jure Ipsi ex premissis Incumbente possidendam, Contradiccione eorundem Joannis Zekel, et Michaelis Sandor, et aliorum quorumlibet preuia racione non obstante, Et posthec huiusmodi restatucionis vestre seriem, vt fuerit expediens, fide vestra christiana mediarite nobis suomodo rescribatis. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in oppido nostro fogaras predicto, feria quarta, Quinto scilicet die festi Beate lucie virginis et martiris, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Nono.

(P.H.)

Eredetiye papiron, az erd. Muzeum kéziratárában (b. Orbán Balázs adományából).

CCLXXVII.

Majlád István erd. vajda s székelyek ispánja megparancsolja Csik szék tisztjeinek, hogy Delnei Gegő Boldizsárt, ki néhai Csicsói Illyés Albert fiának Mihálynak megölésében főrészes volt, s ezért fej- és jószágvesztésre ítéltetett, s minthogy törvény elé nem állott, proscribáltatott, most azonban kóborlásából visszatérni nem rettegett, valamint bűntársait, Gegő Pétert, Biró Jánost és Demeter Jánost, mind delneieket, kiken eddig az ítélet a főbűnös távolléte miatt végre nem hajtatott, fogassák el, büntessék érdemök szerint, a megölt anyjának pedig szolgáltaassanak elégtételt. Kelt Fogaras városában, 1540. januarius 20-dikán.

Stephanus Majjlad de Fogaras, Vayuoda Transiluanus et Sicularum Comes etc. Egregijs et Agilibus **Capitano ac Judicibus ceterisque Assessoribus sedis Chijk**, Salutem et fauorem, Exponitur nobis in persona honeste domine relicte condam **Alberti Illyes de Chijcho**, Qualiter superioribus diebus, quidam **Balthasar Gegew de Delne**, tanquam principalis homicida, contra ipsam dominam exponentem, racione interempcionis condam Michaelis Illijes filij eiusdem domine, in amissione capitis et bonorum suorum conuictus, ex quo a facie Juris et Justicie aufugisset, proscriptus et proclamatus extitisset, qui ex diuagacione pronunc in conspectum ipsius domine exponentis redire non formidasset, Necnon et Petrus Gegew, et Joannes Bijro, et Joannes Demether de eadem Delne, tanquam participes eiusdem homicidij agrauati extitissent coram vobis, prout vobis euidenter constaret, Tamen hactenus presertim propter absenciam dicti principalis homicide, in hac Sentencia vestra, Nulla executio, et ipsi domine exponenti nulla satisfactio fuisset Impensa, Quia vero frustra forent Judicia, si debita executio et satisfactio non sequeretur, pro Eo Requirimus vos, et nichilominus vobis (harum) serie Regia in persona, firmiter committimus, quatinus agnitis presentibus, et premissis suomodo se habentibus, prefatos homicidas, secundum legem et consuetudinem Regni captiuare et Jux-

ta eorum demerita punire, et annotate domine exponenti omnimodam Justiciam et satisfaccionem impendere et administrare debeatis et teneamini, Secus nullomodo facturi, presentibus perlectis, Exhibenti restitutus. Datum in Oppido nostro Fogaras predicto, In festo Beatorum Fabiani et Sebastiani Martirum, Anno domini Millesimo Quingentesimo quadragesimo.

(P. H.)

De commissione domini Comitis et Vayuode etc.

Eredetije papiron a budai kamarai levéltárban, (N. R. A. 1566 csomag, 2. szám).

CCLXXVIII.

János király megparancsolja a gyula-fejérvári káptalannak, hogy Keszii Székely Simont, Tarnóczi Sebestyént, Romhányi Zsigmondot és Herencsényi Istvánt, mint osztályos atyafiakat igtassa vissza a Kézdi széken lévő szentléleki vár s a hozzá tartozó mezővárosok és helységek birtokába, melyeket a fent nevezett, atyafiak részére Kis-Kendi Baládfi Farkastól és Ferencztől, mint alperesektől megítélt. Kelt Tordán 1540. május 14-dikén.

Joannes dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelicus Nostris capitulo Ecclesie Albensis Transsilvanie, Salutem et gratiam. Noueritis quod in examine et discussione cuiusdam cause et difference Inter Egregios **simonem condam Sandrini Zekel de kezij** ac **Sebastianum olim Georgij de Tharnoch** fratris vt puta Charnalis Nobilis condam Joannis de Tharnoch Nobilium filios In quos eisdem condam Sandrino Zekel et Joanne Tharnocij mortuis presens causa foret condescensa Nec non **Sigismundum de Rohman** et **Stephanum de Herencen** fratres vt puta condusionales prefatorum Simonis Zekel et Sebastiani Tharnocij vt Actorum ab vna Ac **Wolfgangum et franciscum filios Egregi condam Joannis Balatffij de kiskend** In quos mortuo eodem condam Joanne Balatffij patre

Ipsorum presens causa similiter foret condescensa veluti in causam Attractus partibus ab altera Racio *) et pretexto totalis **Castri Zenthlelek nuncupati In sede kijsdij habiti** oppidorumque ac possessionum prediorum porcionumque et quorumlibet Jurium possessionariorum vbilibet habitorum Ad Idem castrum spectancium et pertinere debencium Quod licet dum adhuc honore waijwodatus harum parcium Transsiluanarum fungebamur prefatis condam Sandrino Zekel et Joanni Tharnochij per nostrum et vestrum homines Reddi Restituique vobis commiseramus Sed quia per errorem eorundem nostri et vestri hominum Restatucio Ipsius castri Zenthlelek vtilitatumque et pertinenciarum eiusdem ommissa et Atanto temporis Intervallo Alie littere nostre Aiudicatorie superinde confecte In ea saltem parte Qua idem castrum concernit penitus Inexecute mansissent Ex eo Quod prefati Actores Castro Ipso omnino destituti fuissent forentque eciam de presenti mote ac deducte Ac Coram Nobis diucius ventilate feria Quinta proxima post festum Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum proxime preteritum prescripte litere nostre Adiudicatorie exequi et ex consequenti Antefatum quoque Castrum Zenthlelek cum predictis omnibus oppidis villis predijs possessionibus porcionibusque et Juribus possessionarijs ceterisque vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet memoratis Simoni Zekel Sebastiano Tharnocij Sigismundo Rohmanij et Stephano Herenchenij Actoribus Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis certis et Racionalibus de causis In perpetuum adJudicatum Restitui debere est compertum, prout hec omnia series et continencia harum litterarum nostrarum Adjudicatoriarum superinde confectarum clarius declarant et exprimunt Ad cuiusquidem castri et pertinenciarum eiusdem Restatucionem peragendam noster et vester homines necessario transmitti debere videbantur Pro eo fidelitali vestre harum serie committimus et mandamus Quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum Quo presente Joannes leta de Nag Besenijw aut Benedictus Jakabffij de Zabadij vel Stephanus de Pelijn sin Josa de orman sew Andreas de Wethees Alijs absentibus homo noster de curia nostra Regia per nos ad Id specialiter transmissus ad facies prescripti Castri Zenthlelek **necnon** Oppidorum villarum prediorum possessionum porcionumque et quorumlibet Jurium possessionariorum vicinis et cometaneis eius-

*) Igy: **racione** helyett.

dem vniuersis Inibi legitime conuocatis ac presentibus accedendo prescriptum Castrum Zenthlelek cum eisdem pertinencijs et vtilitatibus quibuslibet Memoratis actoribus Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis Jure Iphis Incumbente statuatur, et committatur perpetuo possidendum tenendum pariter et habendum comtradictione pariter et inhibitione prefatorum Wolffgangij Balathffij et aliorum Quorumlibet preuia Racione non obstante et post hec huiusmodi possessionarie Restatucionis seriem vt fuerit expediens Ad decimum Quintum diem diei Restatucionis premissae legitime perdurantes Nobis fideliter Rescribatis Datum in oppido nostro Thordensi Nono die Terminii prenotati Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo.

Kivül: Fidelibus Nostris Capitulo Ecclesie Albensis Transsilvanie pro Egregijs Simone Zekel de kezij, Sebastiano de Tharnoch Sigismundo de Rohman et Stephano de herencen Contra Egregios Wolffgangum et Franciscum Balatffij de kijskend Super quadam possessionaria Restatucione per nostrum et vestrum homines modo Infra scripto fienda cuius series vt fuerit expediens ad terminum intra nominatum legitime perdurandum est Reportandum.

Eredetije papiron, gr. Eszterházy János gyűjteményében Kolozsvártt.

CCLXXIX.

János király megparancsolja a szentléleki várral és Zágor helységgel szomszédos nemeseknek és székeleyeknek, hogy Keszii Székely Simonnak, Tarnóczi Sebestyénnek, Romhányi Zsigmondnak és Herencsényi Istvánnak a szentléleki várba és Zágor helységbe leendő beigtatására, — melyre megjelenni Kis-Kendi Baládfi Farkastól és Ferencztől félve ne talán vonakodnának, — ezen parancs vételel, 16 nehéz súlyú márka birság terhe alatt jelenjenek meg. Kelt Gyula-Fejérvártt 1540. junius 8-dikán.

Commissio propria domini Regis.

Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Vniuersis et Singulis Nobilibus et Agilibus Viris,

vicinis vtputa et commetaneis castri Zenthlelek et possessionis **Zagor** *), Salutem et gratiam, exponitur nobis in personis Egregiorum **Simonis Zekel de kezij Sebastiani de Tharnocz Sigismundi de Rohman, et Stephani de Herenchen**. Qualiter ipsi iuxta nostram Judicariam commissionem litterarumque nostrarum audicatoriarum, pro ipsorum parte, contra Egregios **Wolfgangum et Franciscum Baladffy de kijskend** confectarum, continenciam, se ipsos in Dominium predictorum Castri Zenthlelek et possessionis Zagor per nostrum et Capituli Ecclesie Albensis Transsiluane homines introduci sibi que ipsis statui facere haberent, Vbi ipsi exponentes, ex antiqua consuetudine dicti Regni nostri et harum parcium Trunssiluanarum interessencijs vestris et vestrum cuiuslibet Summe forent necessarij, formidarent tamen, ne Vos timore forsitan perculsi, aut fauore prenominatorum Wolfgangi et Francisci Baladffy allecti, vos tempore exequucionis pretactarum litterarum nostrarum adiudicatoriarum, cum dictis nostro et prefati capitulj Albensis Transsiluane hominibus interesse recusaretis, per hocque communem iusticiam eisdem exponentibus in hoc ipsorum negotio abnegaretis, que quum nemini sit abneganda, fidelitati Igitur vestre harum serie mandamus, quatenus acceptis presentibus, dum et quandocunque vos, cum presentibus fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus, statim sub onere solucionis sedecim marcarum grauis ponderis, per vos vel alterum vestrum, qui videlicet huiusmodi nostro Regio mandato, parere recusauerint Immediate et Irremissibiliter exigendis In Simul conuenire, ac vnacum dictis nostro et prefati capituli Ecclesie Albensis Transsiluane hominibus in Introduccione prefatorum Castri Zenthlelek et possessionis Zagor, infra terminum exequucionis dictarum litterarum nostrarum adiudicatoriarum, personaliter interesse Modis omnibus debeatis et teneamini, Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albe Gijwle feria tertia proxima post octauas festi Sacratissimi Corporis Christi Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Quadragesimo.

Eredetiye papiron a b. Radák család levéltárában Ozdon. — A levél alá nyomott pecsétnek csak veres viasza látszik.

*) Zágor falu Küküllő vármegyében.

CCLXXX.

A gyula-fejérvári káptalan bizonyítja, hogy Kis-Kendi Baládfi Farkas a Küiküllő vármegyei Kis-Kend, Nagy-Kend, Balavására, Zágor, Szénaverő, Domáld, Dombó, Ádamos, Kincsi, Bábahalma és Széplak, s Fejér vármegyei Lapád helységben, valamint a szentléleki várban s annak Kézdi széken és Fejér vármegyében fekvő tartozandóságaiban lévő birtokrészeit öcscsének Baládfi Ferencznek örökösen átadta, úgy azonban, hogy ha Ferencz elébb találna meghalni, vagy ha ő ezen jószágokat Ferencz életében vissza akarná venni, azokat minden akadály nélkül visszacapja. Kelt 1540. oct. 4-dikén.

Nos Capitulum Ecclesie Albensis Transsiluane, Memorie commendamus per p(resentes, Quod) Egregius **Wolfgangus Baladffy de kyskend**, coram nobis personaliter constitutus, oraculo viue vocis est confessus libere ac sponte in hunc modum. Quomodo ipse matura intra se deliberacione prehabita, ob singularem amorem fraternum, quo ipse erga Egregium **franciscum Baladffij** de dicta kyskend fratrem suum carnalem natu minorem afficeretur Totales porciones suas possessionarias in possessionibus **kyskend** prefata necnon **Naghkend. Balawasara. Zagor. Zenewereo. domald. dombo. Adamos. kijchij. Babahalma** et **Zeplak** In de kykellew, ac **Lapad** in Albensi comitatibus, necnon **Castro et possessione Zenthlelek** vocatis, pertinencijsque eorundem vniuersis **in sede siculicali Kijzdi** ac dicto comitatu Albensi existentes habitas, ipsum Jure auitico concernentes, Simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, ac vtilitatum et obuentionum earundem integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus memorato francisco Baladffij ob premissum solum amorem fraternum, dedisset, contulisset et obligasset, prout dedit Inscriptis contulit et obligauit coram nobis tenendas possidendas pariter et habendas, nullum Jus nullamque Juris ac dominij proprietatem alijs quibuspiam in eisdem reseruando, Sed totum et omne Jus suum ac dominij proprie-

tatem quod et quam Ipse In eisdem haberei, In eundem franciscum Baladffij fratrem suum carnalem transfrendo et transfundendo pleno Jure. hoc tamen per expressum declarato. Quod si deo optimo Maximo cuius nutu cuncta reguntur et gubernantur ita volente prefatum franciscum Baladffij fratrem suum, ipso premori contigerit, aut alias eciam eodem francisco viuento dictus Wolfgangus Baladffij dictas suas porciones possessionarias possessionibus in pre-tactis habitas pro se et Jure suo rehabere vellet, extunc idem franciscus Baladffij easdem simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet eidem Wolfgango Baladffij cessantibus quibuslibet excusacionibus subterfugijs et excepcionibus pure simpliciter et sine vlla difficultate remittere et resignare debeat et teneatur. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Sabbato proximo post festum Michaelis Archangeli. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo.

Eredeti fogalmazvány, törlésekkel és javításokkal, a gyula-fejérvári káptalan levéltárában (Divers. Comitatum Cista I. fasc. II. Nro. 14.).

CCLXXXI.

Majlád István erdélyi főkapitányt tudósítja néhány előkelő párt-hive, hogy Balassa János nov. 9-dikén Gyula-Fejérvártt gyűlést tartott, s egyéb hírek közt azt is írják, hogy a szebeniek elhatározták, hogy a nemesekkel és székelekkel együtt mind halálíg Ferdinánd királylyal tartanak. Kelt Szentágotán 1540. november 17-dikén.

Spectabilis ac Magnifice domine, domine Nobis graciosissime post seruiciorum nostrorum commendacionem, cum a vestra Spectabili ac magnifica dominacione venissemus vsque ad Sentagotha, conuenimus cum fratre et amico nostro, domino Georgio knol, qui hesterna vesperij redijt ex Cibinio, qui eciam constitutus fuit, cum camerario Wijzaknensi Georgio Hamwajj, qui retulit ei, quod Balassa congregacionem fecisset, Albe, ad feriam 3-am preteritam, Ibidem dixit adesse Franciscum Horwat, ac Bornemissam, Ceterum

vnus conciuus Juratus Sassebessiensis retulit ei, quod Bornemissa exiisset ex Ciuitate Sassebes, si Balassa non animasset eum, Ille eciam dixit quod ex consilo Balassa iterum renouasset Bolijam cum pixidarijs XII.

Sex consules Jurati constituti sunt cum Amico nostro pefato, Cibinium, qui omnino dixerunt, se Ita conclusisse, quod non deficient a nobilibus ac **Siculis** vsque ad mortem, ac Regem Ferdinandum optant.

Hec vestre Spectabili ac magnifice dominacioni Amicus noster scripsisset si non aduenissemus Demum v. S. ac m. d. quam felicissime valere optamus Datum ex oppido Sentagota feria quarta ante elisabet Anno domini 1540.

Vestre Spectabilis ac Magnifice Dominacionis seruitoros
Gerendj, Apafij, kalnajt,
Nijwthodij.

Kivül: Spectabili ac Magnifico domino domino Stephano Maijlat capitaneo Generali Regni Transsiluanensis domino Nobis graciosissimo.

Eredetije a m. kir. kamarai levéltárban (Act. publ. fasc. XL. nro. 87.).

CCLXXXII.

Verböczi István volt királyi korlátnok, Petrovics Péter temesi ispán, Török Bálint somogyi főispán s dunántúli kapitány, Martinnuzzi György váradi püspök és volt kincstárnok, Bathiányi Orbán, Verböczi Imre s a Budán lévő nemesek tudósítják a székeleyek közönségét, hogy a nagyvezér Mahomet basa az I. Ferdinánd által ostromolt Budát a csaknem száz napig tartott ostrom alól fölmentette, hogy a szultán, — ki Magyarországot János király fiának adta, — közelget, s fölkéri a székelységet, hogy a veszélyben forgó haza ügyében általok a szultán megérkezése előtt tartandó tanácskozásra 3 vagy 4 teljesen meghatalmazott követet válasszanak és küldjenek Budára aug. 6 dikára. Kelt Budán 1541. július 15-dikén.

Egregij et Nobiles Agilesque domini fratres et amici nobis honorandi, post salutem et nostri commendacionem. Quanto in pe-

riculo miserabile Regnum istud per hec tempora versatum est quantoque iam a tempore strictam et arctissimam, non minusque cruentam ac humanis cedibus plenam huius Ciuitatis et Arcis Budensis obsidionem pro conseruacione tocius Regni huius pertulerimus, Dominaciones Vestras non ignorare credimus, nos corte nec capitibus nec rebus nostris pepercimus, ut Budam et cousequenter Regnum istud, patriam nostram communi Hungarice nationi pre-seruaremus, nam Buda periclitata, (quod Deus omnipotens procul auertat), mox de toto Regno actum fuisset Cuius occupationem centum circiter diebus infinitis Bombardarum ac aliorum ingeniorum iaculacionibus, non sine maxima sanguinis effusione sustinuumus, licet muri moeniaque et Ciuitatis et Castri magno impetu diruta, demolitaque sint, et habeantur, Verum tamen Dei benignitate ipsius, et Inuictissimi potentissimique Cesaris Thurcorum clemencia iam eliberati sumus. Illustris etenim dominus Mahomet Bassa summus eiusdem Cesaree Maiestatis Consiliarius et Vezeries magna gencium Cesarearum tam terrestri quam nauali expeditione bombardisque ac alijs tormentisquoque bellicis aduenit, cum hostibus nostris, qui sub monte Sancti Gerardi martiris (obsidione soluta) in castris sese ocluserunt, nisi paucissimos dies adiutorio Dei congressurus, atque pugnaturus. Quem quidem Bassam Cesa-reaquoque Maiestas personaliter Innumerabili multigenarum Nacionum non post multos hos dies sequetur Viennam expugnandam transitura. Summe igitur necessarium est nobis et vobis, ac alijs Regnicolis, antequam Cesarea Sua Maiestas adueniat, (que ex sua pietate regimen huius Regni filio defuncte Maiestatis domini nostri clementissimi cum omni Jurisdiccione, dignitateque Regia, qua Reges Hungarie regnauerunt, donauit atque contulit), conuenire Nam si nos dispersos et inter nos dissidentes inuenerit, ac vnanimes non esse de Regnique conseruacione bonum ordinem non instituisse agnouerit timendum est, ne suam clemenciam a nobis auertat, et aliter de Regni statu prouideat. In Rege autem Romanorum nemo vestrum confidat Deus enim et Orbis terrarum cernit, ipsum non sufficere ad Regni huius defensionem, prout misera Schlaunia testis, cuius gentes veluti pecora abducti sunt, et dietim abducuntur, adeo ut preter arces et alias municiones modicum quid in ea iam restare superesseque videatur. Testatur eciam insufficienciam suam presens expedicio, et exercitus eius, plus quam decem mensium spacio non absque aliquorum Princi-

pum Christianorum subsidio conflatus, atque coactus, numerum duodecim millium ad maximum omnibus computatis non excedens, qui nos hactenus pressit. Eiuscemodj autem copijs et viribus suis nedum omnes partes Regni finitimas defendere, sed neque vnus Basse impetum tollerare posset, et si misera quoque hec patria nostra dicioni Regis illius subjiceretur. Rogamus proinde Dominaciones Vestras, vt fratres et amicos charissimos, velint omnibus eorum negocijs ac rebus postpositis quatuor aut tres personas de medio eorum statim eligere, et cum plenaria autoritate tractandi ac concludendi ad proximum festum Transfiguracionis Domini huc Budam mittere, vt antequam Cesarea Maiestas adueniat, bonum ordinem et optatam vnionem inter nos vnanimi voto et deliberacione mata stabilire queamus. Et si Cesareamquoque Maiestatem interea aduenisse Dominaciones Vestre intellexerint, ne horreantur sed secure veniant, nam aliter, vt premisimus, de Regni periculo, (quod Deus gloriosus procul auertat), timendum erit. Secus igitur, si patria hec Dominacionibus Vestris chara est, dominarumque consortium ac liberorum suorum salus et preseruacio placet, ne fecerint, iterum atque iterum petimus. Bude in festo diuisionis Apostolorum Anno domini 1541.

Stephanus de Werbewcz, alias Cancellarius Regius.

Petrus Petrouich Comes Temesiensis.

Valentinus Thewrewk Comes Simigiensis et citra
Danubium Capitaneus.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis et alias
Thesaurarius Regius.

Vrbanus de Bathyan et Emericus de Werbewcz,
ceterique Nobiles Bude constituti.

Kívül: Egregijs et Nobilibus Agilibusque Dominis vniuersitati Trium Generum Siculorum Transsiluanensium, tamquam fratribus et amicis nobis charissimis.

Egyszerű másolata az egykor Benkő József birtokában volt „Miscellanea Historica et Diplomatica” című mult századi másolatgyűjteményben, az Erd. Múzeum kéziratárában.

CCLXXXIII.

Péter moldvai vajda hadainak halálbüntetés alatt megtiltja hogy Maros-Vásárhely városának, melyet oltalma alá vett, tűzzel vagy vassal kárt ne merjenek tenni. Kelt Fogaras alatti táborában 1541. július 25.

Petrus dei gracia Waijuoda, dominus, et heres verus terre Moldaue etc. Significamus, presentibus, vniuersis et singulis, Salutem et omne bonum, Accepimus **oppidum Wassarhel**, In tutelam nostram, quibus vel Quorum visum est et fuerit hec littera nostra, In Super hortamus (**igy**) et severius mandamus, vt quibus, Iter fuerit, ex gentibus nostris, versus Wassarhel, ne aliquam de populacionem fatere, audeant, sive Igne siue gladio, vel ferro, Si enim aliquem Intellexerimus, wllam desolacionem fecisse., capite probet, In cuius vigorem et testimonium Sigillum nostrum duximus, sub Imprimere. Datum ex castris nostris positis, sub fogaras In die Jacobi Apostoli, Anno domini 1541.

(P. H.)

Eredetije M. Vásárhely város levéltárában.

CCLXXXIV.

Izabella királyné megparancsolja Andrászi Mártonnak, hogy a török szultánnak küldendő ajándékok, élelmi szerek és adó ügyében tartandó tanácskozmányra aug. 15-dikére teljes fölhatalmazással jelenjék meg nála Gyalu várában. Kelt Gyalu várában 1543. augusztus 2-dikán.

Isabella dei gracia Regina Hungarie, Dalmacio, Croacie etc. Egregie fidelis nobis syncere dilecte, Instant magna et ardua Re-

gni negocia, que nobis Egregius Joannes Zalanczj a potentissimo Imperatore rediens retulit, Quem et vos redijsse credimus audiuisset, Deinde venerunt et alij chawz Nuncij Imperatoris, qui victum citissime mitti et dona sollicitant, Nos autem his Intellectis quia pericula Instancia moram non paciebantur, conuocauimus huc ad oppidum Gijalw quosdam fideles nostros Nobiles et Saxones ad proximam diem dominicam acture cum ipsis de his que pertinebunt ad salutem omnium et conseruacionem Regni, Vos autem quia longius hinc distatis non potuimus commode ad eundem terminum vocare, Itaque committimus vobis sub graui Indignacione nostra vt ad feriam quartam proximam post festum sancti laurencij hic apud Nos In Gijalw constituamini et cum pleno mandato veniatis ratione victus et donorum Imperatori mittendorum, mittimus victum et dona, vestra autem mox illa sequi debent, preterea proximo festo sancti Michaelis tributum cum donis iterum Imperatori soluendum est, vt Regnum permanere possit, Quare super his omnibus cum pleno mandato ad Nos veniatis, Non enim par est vt Regnum et Nos In aliquod discrimen, quod deus auertat, et periculum deueniamus, Alia a nobis lacius et clarius Intellecturi, Itaque Secus nullo modo feceritis. Date in arce nostra Gijalw feria quinta post Anne, Anno etc. DXXXX iij.

Ysabella regina m. p.

Kivül: Egregio Martino Andrassij, fideli nobis syncere dilecto.

Eredetje a m. kir. kamara levéltárában (Act. publ. fasc. XL. nro. 94.)

CCLXXXV.

Szamosfalvi Mikola László, a királyné és fia alhelytartója, bizonyítja, hogy miután Martinuzzi György váradipüspök és helytartó a székelyek részéről a jelen és jövő érben fizetendő szultáni adót s azt a 4000 forintot, melyet a székelyek a jelen segesvári országgyűlés végzése szerint a szultánnak adandó élelmi szerekre fizetni tartoznak, magára vállalta, a székelyek is kötelezték magokat, hogy Martinuzzinak az országgyűlés ez ügyben kelt végzése szerint bélyegzett ökröket fognak adni. Kelt Segesvárt 1544. aug. 23-dikán.

Nos Ladislaus Mijkola de Zamosffalwa, Vicelocumteuens Reginalis Maiestatis, et Illustrissimi filij sui, etc. Notum volumus per presentes, Quod Quoniam, in presenti congregacione dominorum Regnicolarum trium Nacionum, hic in ciuitate Segeswar, ad festem Beati Stephani Regis celebrata, Reuerendissimus domimis frater Georgius, Episcopus Waradiensis, Thesaurarius, Locumtenens Reginalis Maiestatis et Illustrissimi filij sui, ac in Regno Hungarie et Transsiluanie Iudex Generalis, dominus noster clementissimus. Affliccionibus **dominorum siculorum**, Quibus per Iniuriam preteriti temporis, fracti sunt, consideratis, pensionem potentissimi Imperatoris Thurcarum, de medio eorum, anno presenti et futuro, prouenire debentem vnacum Quattuor Millibus florenis, Quos ijdem domini siculi, ex constitucione dominorum Regnicolarum in hac presenti congregacione facta, ad ordinandos commeatus eiusdem Imperatoris soluere debebant, in se assumpsit, et pro ipsis reddet, et restituet, Propterea et ipsi domini siculi in compensam huius Beneficencie, Eidem domino Locumtenenti, iuxta ordinacionem, et Articulos, superinde confectos, **Boues vstos, et stigmatē signatos dare assumpserunt**, testimonio presencium mediante. Datum in Ciuitate Segeswar predicta, in vigilia festi Beati Bartholomei Apostoli, Anno domini Millesimo Quingentesimo, Quadragesimo Quarto.

(P. H.)

Eredetije a m. *kir.* kamara levéltárában (Act. publ. fasc. XL. nro. 99.)

CCLXXXVI.

Ozdi Gergely és Geréb Gáspár fiádfalvi lakosok jelentik Frater György országbírónak, hogy parancsa szerint Nyujtódi György felesége Anna asszony képében elmentek annak testvéréhez Héjasfalvi Vitaliushoz, tőle a nagylaki részjóságban osztályt kérni, s az osztály napjául pünkösd után való tizenötöd napot tüzték ki. Kelt 1545. majus 21-dikén.

Zolgalathwnkoth aijanliuk minth kegijelmes Vrunknak Kegielmes Vrunk az minth Nagijsagod leueleben nekwnk paronciola hogij az **Nijwijthodij giorgij** felesége kij volna az annazonj ¹⁾ az kepebe mi el menivnk az **Heiasfaluj Vitaliusthol** az w athiafjatos hogij az nagj lakj rez Jozaghban ozlasth keriuunk mj az punkesth nap eloth valo zeredan el mentliwnk vala az nagjsagodh poronchiolatha zerinth mi megh kerok az annazzoninak egj fia kinel leania vagion az zemelj zerinth oth vala az annazzonj kepeben az kinek neue **gergelj geréb kelementhelken** ²⁾ lakozando az **Vitalius gerebh** ³⁾ az Jozagh kere-seben semmj ellenth nem tartha oth egijmas akarathiabol vegezok punkesth vtan tizen otodh napoth hogij az koron rea menienek es az Jozagoth megh oziak azth semmj egiebh ok el ne mu(la)thassa hanem betegsegh dolga tisztthessegh dolga es orzagh dolga Ez harom dolgoth Igh vetthek kj kwzwille hogj ha ez twrthinnek hath harmadh napal elebh egik az masiknak tvdnj agia egiebh ok semmj ezth el ne mulathassa ha egiebh okkal Vitalius gerebh ezth el mulathna, hogj ez Jozagh oztasara rea nem menne tahath az Jozagh keronek leuele ereiebhe legien aznak vthana tizenwthedh napra rea tharthozek mennj okath adnj mierth megh nem ozthottha az Jozagoth: Ezth mi hitwnk zerint Iriuk minth kegielmes Vrunknak: touaba Isten tarchian megh the nagisagodoth

¹⁾ Anna asszony = Héjasfalvi Anna.

²⁾ **Kelementelke** Maros széki falu.

³⁾ **Vitalius Geréb** név alatt **Héjasfalvi Vitalius** értendő, a geréb (= gräf = comes = bíró) szó itt címnek veendő.

mint kegielmes Vrunkoth: Ez levelet Irtha ozdij gergel gaspar ge-
rebh **fiadhfaluaban** ¹⁾ lakozandok : Ez leuel kwlth punkesth eloth
valo chiothertheken Anno domini 1. 5. 4. 5.

Kivül: Ez leuel adassek az mi keghelmes Vrunknak frather
giorginek ez orzagnak biraianak.

Eredetije papiron gr. Eszterházy János gyűjteményében Ko-
lozsvártt.

CCLXXXVII.

*Martinuzzi György, váradi püspök, kincstárnok és helytartó
elismeri, hogy Kornis Miklós és Márton András a Gyaluban 1545-
ben megrendelt országos segedelemből 3690 forintot neki kezéhez
szolgáltattott. Kelt Tordán 1545-ben december 21-dikén.*

Frater Georgius Episcopus Waradiensis Thesaurarius Locum-
tenens et Judex generalis, Recognoscimus et fatemur per presen-
tes, Quod Egregij et Agiles **Nicolaus kornis** et **Andreas Marthon**
de subsidio in Gialw Anno domini 1545 ordinato florenos Tria Mil-
lia Sexiagenta et Nonaginta Manibus nostris Assignauerunt, Super
quibus eosdem quietos et expeditos reddidimus harum nostrarum
vigore et testimonio literarum mediante Datum Thorde feria se-
cunda in festo Beatj Thome Apostoli Anni domini 1545.

Fr. thesaurarius

(P. H)

Eredetije az erd. Muzeum kéziratárában. (Mike Sándor gyűjte-
ményében. I. köt.).

¹⁾ **Fiádfalva** Udvarhely széken, Székely-Keresztúr mellett.

CCLXXXVIII.

Martinuzzi György váradi püspök, kincstárnok és helytartó megparancsolja Csik és Gyergyó széknek, hogy az Orbai és Sepszi székelyeket, a kik a székelység megrovása iránt a közelebbi vásárhelyi országgyűlésen hozott végzést végrehajtani nem engedték, s a rovók ellen fölkeltek, a rovatalra erővel is kényszerítsék. Kelt Enyeden 1546. aprilis 17-dikén.

Egregij et Agiles domini, et fratres nobis charissimi, Salutem, Bene Recordari possunt dominaciones vestre, quemadmodum In Congregatione proxima wasarlieliensi ex Consensu trium Nacionum determinatum erat, vt **vniuersitas dominorum Sicolorum connumeratur**, Et Inprimis **in Sedibus Orbaj et Sepsij** Ipsa Connumeracio propter eorum contumaciam et Rebellionem inciperetur, Intelligimus tamen, cum proxime Connumeratores in illas duas Sedes venissent, Nequaquam ipsos connumerari permisisse, Sed contra Ipsos Insurrexisse, Quare dominaciones vestras hortamur et firmiter committimus, vt sí comuni constitueioni obedire noluerint, eciam Inuitos ad ipsam Connumeracionem cogere et compellere faciant, et ipsis connumeratores omni auxilio esse velint, Secus non facturi, Datum in oppido Enyed Sabatho proximo ante dominicam palmarum Anno domini 1546.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis
Thesaurarius ac Locumtenens etc.

Kivül: Egregijs et Agilibus dominis vniuersitati Sicolorum Sedium Chijg et Gyergijo fratribus charissimis.

Eredetje a budai m. kir. kamarai levéltárban (Actorum publ. fasc. XLI. nro. 3.).

CCLXXXIX.

Brassó város tanácsa a Bölöni Illyési Bálint által Monyorós (Nussbach) királyi község ellen az Olt vize által Bölön község határából elszakított Simon árka nevű s más két darab földecske ügyében hozott ítéletét, melyet a felperes feljebbezett, a szász nemzet egyeteméhez fölterjeszti. Kelt Brassóban 1546. június 21-dikén.

Prudentes et Circumspecti domini Amicique nobis honorandi Salutem et amicie commendacionem. Nouerint dominaciones vestre quod cum nos feria secunda proxima que fuit in crastino festi Sancte et Indiuidue Trinitatis proxime preteriti in nostro pretorio pro faciendo moderatio litigancium coram nobis Iudicio pariter consedissemus, comparuerunt coram nobis **Egregius Valentinus Ylesy de Bewllen** tanquam legitimus procurator filij sui Gasparis vt actor ab vna: ac prouidi villicus et Jurati Ciues nomine et persona totius Communitatis possessionis Regie **Monyoros**, cum Nobile Blasio literato de Petch Procuratore videlicet ipsorum legitimo veluti in Causam attracti partibus ab altera: Contra quos Actor memoratus proposuit in hunc modum: Quomodo tres particule Terre vna **Simon Aroka** dicta: et alie due per vehemenciam Aque fluuij Olth nuncupati, a territorio **ville Siculicalis Bewlem**, sequestrate et diuulse, que olim Egregij condam **Simonis forro** (vti dicebat) fuissent, et Jure Auitico filium suum prefatum Gasparem concernerent, postulans vt Juris Ordine eas ad se recipere posset. Ex aduerso autem prefatus Nobilis Blasius literatus nomine villici, Juratorumque Ciuium et totius Communitatis supradicte possessionis Monyoros respondit, eo modo, Quomodo vltra omnem hominum memoriam esset, nullique hominum nunc viuientium certo constaret, quod particula Terre Simon Aroka nominata per alluionem Aque fuisset distracta et separata, sed quamdiu ipsi vixissent, in eo statu quo nunc existit, ijdem Incole et inhabitatores prefate possessionis Monyoros, ab antiquis et diuturnis temporibus, sicuti etiam predecessores ipsorum, vsi fuissent et possedissent, pro ut possiderent in presenti. Reliquas vero

duas particulas Terre affirmabant per vehementiam inuadationis fluuij Olth fuisse quidem a territorio Bewlem scparatas et distra-ctas, sed a certis non paucis annis id fuisse factum. Ad quod Egre-gius Valentinus Yllesy nomine sui filij Gasparis respondit, videlicet circiter reuolutionem decem annorum esse, quod ee due particule fuissent impetu Aque auulse. Ex aduerso vero Nobilis Blasius lite-ratus procurator pro Monyorossiensibus, non decem tantum, sed decem et quinque Annorum reuolutionem completam esse dicebat. Et in his quindecim Annis in libero et pacifico dominio eius Ter-re et vsu fuissent absque cuiusuis hominis contradictione, Et ita via et expletione prescriptionis contra prefatum Actorem obstabant, atque ideo virtute prescriptionis actori prefato de Jure respondere non vellent. E contra autem prefatus Valentinus Yllessy nomine sui filij, dicebat prescriptionem in Causam attractorum nondum inter-uenisse. Cum autem actor illa responsione contra in Causam attra-ctos obiecta vteretur, quesiuerunt procurator et pars attracta co-ram nobis, an intra reuolutionem duodecim Annorum secundum Re-giarum Ciuitatum priuilegia, aliqua inhibitio, siue Mandato Judicis Brassouiensis siue etiam alterius Judicis Ordinarij, vel etiam literis alicuius Capitulj aut Conuentus, seu etiam superioris huius Regni Judicis, vel etiam fidedignorum hominum fuisset facta, extunc in-hibitiones vel contradictiones aduersus in Causam attractos, exhi-beri et presentari petebant. Ad que Actor, illis inhibitorijs et con-tradictorijs literis sibi non fuisse opus vti, neque se habere vel habuisse aliquas dicebat. Quibus sic habitis, ambe partes Judicimu et Justiciam a nobis sibi administrari postulabant. Nos itaque so-lum deum et eius Justiciam pre oculis habentes hanc inter partes prefatas tulimus Sententiam. Et primo de portione Terre Simon Aroka ita Sententiauius. Quod exquo in nulla hominum memo-ria nunc viuientium esset, quod illa portio Terre impetu fluuij Olth (siue Alute) fuisset distracta et auulsa: et quod Actor etiam nul-lius vnquam Judicis Ordinarij nec etiam prouincialis, sed nec etiam literis inhibitorijs Conuentus aut Capitulj alicuius emonstrare pos-set, quod vlla vnquam in tanto temporis spacio elapso, inhibitio aut litis excitatio facta fuisset, et ideo etiam pars in Causam attracta, post tam longi temporis silentium, respondere non teneretur actori. Ratione vero aliarum duarum particularum Terre que per violen-tiam Aque fluuij Olt sunt sequestrate, ita Judicauius, Quod exquo

Egregius Valentinus Yllessy actor nomine ffly sui allegauit contra partem aduersam, videlicet vix esse decem Annorum spacium elapsam, quod ee due portiones Terre per alluionem fluuij Olth fuissent sequestrate, Et pars in Causam attracta, parata fuit probare, quod plene essent anni quindecim quod hoc esset factum, Nos deum et eius iusticiani respicientes talem in ea parte Sentenciam protulimus Iudiciumque fecimus. Quod ipsi Incole de Monyoros deberent probare quod essent quatuordecim aut Quindecim anni, eam auulsionem duarum dictarum particularam Terre per vim Aque Olth factam fuisse, et eo facto, secundum Regiarum Ciuitatum privilegia (vt in Decreto huius regni Hungarie continetur) ex vi et virtute prescriptionis peracte, in Iudicio ipsi Actori respondere non tenerentur. Actor vero in nullo nostro Iudicio contentus, pro latiori reuisione fienda, in presenciam Dominationum Vestrarum legitime appellauit. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum Sigillo Ciuitatis huius Signatarum mediante. Quas feliciter valere optamus. Datum Brassouie die quo supra. Anno dominj Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Sexto:

Vincentius Sartor Iudex et
Jurati Ciues Ciuitatis Brassouiensis.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis dominis Magistris ciuium, Regijsque et Sedis Iudicibus, ac Juratis Ciuibus Ciuitatis Cibiniensis ac Septem Sedium Saxonicalium harum partium Transsiluanarum, Dominis et Amicis honorandis.

A levél hátára jegyezve: 7 Decembris: In causa intro scripta talis Sententia per dominos vniuersitatis pronunciata est. Quod prima porcio terre, que vltra memoriam hominum super pacifico dominio possessa est: non tenerentur ipsi de Monijoros respondere. De duabus vero alijs porcionibus tenentur respondere quoniam non esset in illas completa prescriptio.

Eredetiye zárt alakban, a száz nemzeti levéltárban (IV. 863.).

CCXC.

*A Maros széki hadnagság és bíróság viselésének a hat szé-
kely nem huszonnégy ága között évenként fölváltva következő sor-
rendje. 1548.*

Hannadsag Inclusiue Anno Domini. Millesimo. Quingen.
Quatragesimo *) octawo ¹⁾).

| Hadnagsag | | | | Birosag | | | |
|-----------|--------|---------|---------|-----------|--------|----------|-----|
| Halom | Nemben | gijerg | Aga — | Megges | Nemben | Megges | Aga |
| Ewrlec | Nemben | Bwd | Aga — | Jenw | Nemben | Borozl | Aga |
| Jenw | Nemben | Zwmwr | Aga — | Adorijan | Nemben | Poson | Aga |
| Megges | Nemben | Megges | Aga — | Abran | Nemben | Nagij | Aga |
| | | | | | | fijleeke | |
| Adorija | Nemben | Thilecd | A(ga) — | Ewrlechij | | bwd | Aga |
| Abran | Nemben | Nagij | A(ga) — | Halom | Nemben | gijergij | Aga |

*) Az eredetiben a Quatragesimo szó után az író tévedésből **Quinto**-t talált irni, de ezt kitörölte, s úgy írta utána a helyes **octawo**-t. Kovács István erre nem ügyelve kiadásában, mind a két szót adja, mi által nála e latin fölírat értelme kivehetetlenné lett.

1) Kétségtelen, hogy ezen lajstrom írója azt akarta följegyezni, hogy a 6 székelly nem 4—4, összesen 24 ága mily sorrendben viselte valamint a hadnagyi ugy birói tisztet, s csakugyan ez a lajstrom 24 évi cyclust foglal magában, mely gyaníthatólag az 1548—1571 évekre szól. Hasonlóan 24 éves cyclust ad az 1557-ben kelt s általunk alább közlött lajstrom is, melyben az 1491—1514-dik évben főhadnagságot és főbíró-ságot viselt nemek és ágak sorrende van följegyezve, még pedig az ezen tiszteket viselt férfiak névszerinti megemlézésével. — Valamint a jelen lajstromban említett Ákosfalva és Vaja helységek, ugy az 1557-diki lajstromban olvasható tisztek nevei, kik mind Maros széki birtokos főemberek voltak, azt bizonyítják, hogy mind e két lajstrom Maros székre szól. — S csakugyan ezen lajstromnak azon példányában, melyet Engel János Keresztély a gr. Eszterházy Nep. János birtokában volt kéziratból 1802-ben tett közzé, a fölíratban lévő évszám után e szavak olvashatók : „Maros székelben”.

| | | | | |
|--------------------------|------------------|----------------|-------------------|-----|
| Halom | Nemben Peter | Aga – Megges | Nemben Kwrt | Aga |
| Ewrljich | Nemben Zowat | Aga – Jenw | Nemben blasij | Aga |
| Jenw | Nemben Wij | Aga – Adorijan | Nemben Wachman | Aga |
| Meggijes | Nemben Dwdor | Aga – Abran | Nemben Wij | Aga |
| Adorijan | Nemben Poson | Aga – Ewrljich | Nemben Echben | Aga |
| Abran | Nemben gijerw | Aga – Halom | Nemben Peter | Aga |
| Halond ¹⁾ | Nemben Halond | Aga – Megges | Nemben Dudor | Aga |
| Ewrljichij | Nemben Seprwd | Aga – Jenw | Nemben Zwmwrw | Aga |
| Jenw | Nemben Borozlo | Aga – Adorijan | Nemben Waij | Aga |
| Megges | Nemben kwrt | Aga – Abran | Nemben karachijon | Aga |
| Adorijan | Nemben Wachijma | Aga – Ewrljich | Nemben Seprwd | Aga |
| Abran | Nemben Wij | Aga – Halond | Nemben Halond | Aga |
| Halom | Nemben Naznan | Aga – Megges | Nemben gijarws | Aga |
| Ewrljichij ²⁾ | Nemben Echken | Aga – Jenw | Nemben Wij | Aga |
| Jenw | Nemben blasij | Aga – Adorijan | Nemben Thelocd | Aga |
| Megijes | Nemben gijarws | Aga – Abran | Nemben gijerw | Aga |
| Adorijan | Nemben Waija | Aga – Ewrljich | Nemben Zowat | Aga |
| Abran | Nemben Karachijo | Aga – Halom | Nemben Naznan | Aga |

Megges Nemben Dudor Agan va-
gijon ket lofezegem Akosfalwarol es
Waijabol.

Megges Nemben gijarws Agan
vagijon Akosfalwij Hazra.

Abran Nemben Wij Agan va-
gijon az Akosfalwij Hazra.

Halom

Jenw

Ewrljich

Megges

Adorian

Abran.

Ezen lajstromot a gr. Eszterházy Ker. János birtokában volt másolati példányról legelsőben közölte Engel Keresztély János, (Danie-
lis Cornides Vindiciae Anonymi Belae Regis Notarii. Budae 1802.
Supplementum 351.1.) s utána kiadta Kállay Ferencz, A nemes szé-
kely nemzet eredetéről. N. Enyed. 1829. 90. 91. 1. — Magából az
eredetiből tette közzé Nagy-Ajtai Kovács István, Erd. tört. adatok. I.
köt. 261—264. I. — Közlöm magából a Nagy-Ajtai Kovács István ha-
gyatékában lévő egy iv papírra irt eredetiből, mely a kolozsvári, uni-
tarium collegium könyvtárában őriztetik. —Az eredeti írás a XVI-dik
század közepére mutat, és így kelte biztosan 1548-ra tehető.

¹⁾ Ezen nem nevének leírása lajstromunkban **Halom** és **Halond** alakban vál-
takozik, kétségtelenül az akkor szokásban volt különböző kiejtés szerint.

²⁾ Lajstromunk különböző leírása szerint ezen nem neve **Örlecz**, **Örleczi**, **Ör-
licz**, **Örliczi**. Más lajstromaink és okleveleinkben **Ewrlwecz** és így **Örlöcz**-
nek ejtendő.

CCXCI.

A székelyek három rendjéről, a székely nemekről és ágakról és a hét székely székről irt jegyzék. Kelet nélkül, (a XVI-dik század első feléből).

Siculi dicuntur trium generum. Alii enim sunt potiores vel Primores, alii Primipili, vulgo **Loffew**, et **Fewlo** ¹⁾ appellati, alii vero sunt, qui nomine Communitatis ²⁾ tenentur, simplices scilicet, et subditi aliorum.

Isti enim universi trium generum Siculi possident hereditates eorum tamquam veri Nobiles, nec praefati Primores, aut potiores, vel primipili habent dominari super communitatem, nisi ex officio haereditario, quod eis provenit vel cedit annuatim de sex generibus infra annotatis, qui habent lineas viginti quatuor, ut infra.

Genus Adoryan, Megyes, Jenew, Halom, Zabram, Ewrlecz, quibus quidem generibus singillatim adduntur quatuor lineae ordine infrascripto:

| | | |
|-----------------------|---|--|
| I. Adoryan nemben | { | Waczmanaga. Thelegdaga. Wayaaga. Posonaga |
| II. Meggyes nemben | { | Megyesaga Kyrthaaga Dudaraga Gyarywsaga ³⁾ |

{

¹⁾ Okleveleinkben a **lófő** helyett soha a **főló** elnevezés elő nem fordul.

²⁾ Kovachich kiadásában **Comitatus** áll ugyan, de kétségtelenül az eredeti hibás olvasásának következtében. Világos ez a mindjárt következő mondatból, hol az áll, hogy a székelyek három rendje egyiránt nemes, s a főemberek (primores), lófők (primipili) nou habent dominari super **communitatem**. A szabad és nemes székelyek harmadik rendje csakugyan a község (**communitas**) volt. S azért teljes biztossággal állítottam vissza a **communitatis**. szót a hibás **Comitatus** helyett.

³⁾ **Kovachich** kiadásában hibásan áll **Syarywsaga**; más lajstromaink szerint kétségtelen, hogy ez ág neve **Gyárus** vagy **Gyáros** volt.

| | | |
|-----------------------|---|--|
| III. Jenyew nemben | { | Balasyaga. Wyaga. Zomorowaga. Borozloaga. |
| IV. Halom nemben | { | Halomdaga. Naznanaga. Petheraga. Gyewrghaga. |
| V. Zabran nemben | { | Gyewrghaga ¹⁾ Wyaga. ²⁾ |
| VI. Ewrlwcz nemben | { | Eczkenaga Seprewdaga Zowathaga ³⁾ |

Item dicti trium generum Siculi habitant in septem eorum Sedibus privatis.

Prima Sedes vocatur.....Maroszek.

SecundaChyzbek.

TertiaSepsyzek.

Quarta.....Kyosdyzek.

QuintaOrbayzek.

SextaAranyaszek.

Septima et ultima Capitalis Sedes Regni⁴⁾ Wdwarhelzek, ubi causae appellatae discutuntur, et inde in praesentiam Comitis deferuntur.

A bécsi cs. titkos levéltárban lévő, egykor Kollár-féle codexből közölte Kovachich Márton, Scriptores rerum Hung. minores I. köt. 339. 1.

¹⁾ **Győrő** vagy mint más lajstromaink adják, **Gyerő ága**.

²⁾ A **Zábrán** vagy mint más lajstromainkban és oklevelekben is találjuk, **Ábrán** nemnek itt hiányzó két ága a **Nagy** és **Karácson ága**.

³⁾ **Az Örlöcz** nem itt hiányzó ága a **Bud** vagy **Bod** ága.

⁴⁾ A Regnum szó alatt **Székelyország** értendő.

CCXCII.

Nagy-Mihályi Ödöfői László görgényi várnagy s székegyek alispánja megparancsolja Koronkai Mihályfi Tamásnak, hogy Frátai György, János és Balázs illetőségeit a közöttök megosztott lófősből adja ki, s a bíróság jövedelmeinek azokat illető részeit bocsásassa vissza; mit ha meg nem tenne, meghagyja neki, hogy Maros szék legközelebbi gyűlésén rendes birói előtt jelenjék meg, kiknek megrendelte, hogy ezen ügyben a feleknek igazságot szolgáltatassanak, hozzá tévén, hogy a szék ítéletét a felek a szokott feljebbviteli helyre (Udvarhelyre) fölvihelik. Kelt Görgény várában 1548.....

Ladislaus Ewdenffij de Naghmihal, prefectus Castri Georgen (et vice comes Siculorum Egregio) et Agili **Thome Mijhalfij de koronka**, Salutem et Amiciciam pa(ratam cum honore Exponitur nobis) in personis Nobilium et Agilium Georgij Joannis et Blasij fratái quedam officia primipilatus **Bijrosagh** appellata, que ipsos concerne-ret, legittime esset conduisa, et que ad racionem e..... respectibus potenter occupare velles, ceteraque ad suum vt recusares, in preiudicium et damnum dictorum exponencium v(alde magnum) pro parte dictorum exponencium, vt eisdem de opp(ortuno dignaremur prouidere remedio, Cum autem) Justa petenti non est denegandus assensus, Requirimus..... Au-thoritate domini nostri graciosissimi committimus, Quatenus..... prehabita, ea que ad s(or)tem eorum vt premittitur cederit..... vsu fructuum et quarumlibet vtilitatum eorum perceppermittas, ac permitti facias, Nichilominus que prouentus Jud(iciorum).....remitas, Que si fece-ris benequidem, alioqui, in prima Sede vestra..... coram Judicibus ordinarijs comparere, racionem superin-de redditurus de(beas) serie pre-sencium committimus Quatenus statim visis presentibus inter part(es)

.....facere et administrare debeant et teneantur. Et si qua parciam huiusmodi..... quouismodo, Extunc in locum Interrogacionis eorum solitum transmitt..... (Secus) non facturus, presentibus perlectis exhibenti Restitutis Datum in Castro G(eorgen)...... (Anno) domini Millesimo Quiingentesimo Quadragésimo octauo.

(P. H.)

Eredetije papiron, aljára zöld viaszba nyomott pecséttel, az erd. Muzeumban (b. Orbán Balázs adományából). — A három egyenlő részre összehajtott levél egy harmada elveszett, és így minden somak utolsó harmad része hiányzik.

CCXCIII.

Szentannai Lázár János végrendelete csiki, gyergyai, kászoni, valamint Maros széki szentannai és kisfaludi jószágairól. Kelt hely nélkül (Szentannán) 1549. martius 1-én.

In nomine Domini Amen. Anno a Christo nato 1549. feria sexta proxima post festum Mathiae Apostoli Ego **Joannes Lazar de Szent Anna** corpore quidem aeger, sed mente, per omnia sanus, de rebus et bonis tam mobilibus, quam etiam immobilibus a *Deo* mihi collatis tale condo testamentum, coram filijs meis **Emerico, Stephano, Joanne, Francisco, et Michaele Lazar**, religiosoque fratre Georgio ordinis divi Francisci confessore meo, necnon Prudentibus et Circumspectis Thoma Köpeczi et Michaele litterato Ugrai Civibus Juratis de Oppido Székely Vásárhely. Quicumque filiorum meorum meum testamentum irritum fecerit, anima eius lites habeat cum anima mea coram Deo optimo, nec peccata in me admissa filijs meis secus condonabo, nisi testamentum meum inviolatum servaverint, firmumque habuerint. Először hagyom az én lelkemet az hatalmas Istennek, ki megváltott engemet az ő fiának általa Továbbá hagyom az gyergyai házamat minden örökségével

és hozzá tartozandóságával egyetembe Lázár Istvánnak és Lázár Mihálynak, nekiek hagyom Kászont is, Lázárfalvát is, és **Szent Tamást** is ¹⁾, minden hozzá tartozó örökivel egyetembe, de úgy hogy az ide ki való örökökből és jószágokból kivegyék kezeket és a többi atyafiaknak engedjék. Továbbá azt is hagyom, hogy Lázár Mihály részének, örökségének főképpen oltalma legyen Lázár István, miért hogy egyedül léssen vele jószága, Lázár István után az több atyafiakot is hagyom oltalmul nekie. Továbbá hagyok az gyergyai kápolnához egy házhelyet, és két **földönlakó** ²⁾ házához való örökséget, szántó földet és széna rétét, hogy az örökségen papot jámbort tartsanak, ki az Istent az ő igazsága szerint szolgálja és dicsérje. Továbbá hagyom az én házamat **Szent Annán** ³⁾ minden örökségivel és hozzá tartozandóságával egyetembe Lázár Imrének, Jánosnak és Lázár Ferencznek, mind **az kisleludi örökséggel** ⁴⁾ és malommal egyetembe, mind az jobbágyokkal egyetembe, és az tóval egyetembe; miért hogy az szentannai ház széna fűvel és egyéb örökséggel szűkösb, hogy nem mint az oda ki való házunk, az szentannai háznál való marháat is nekik hagyom. Hagyom kediglen Lázár Jánosnak és Ferencznek főképpen itt künn való jószágból örökségből oltalmul Lázár Imrét, ő utána az több atyafiakot is. Továbbá hagyom az kisleludi malom hasznának hason felét az vásárhelyi barátoknak és apáczáknak, úgy de **maga** ⁵⁾ hogy az fele hasznának két része az apáczáké legyen, harmad része az barátoké, kik dicsérjék az Istent üdvösségünkért. Továbbá hagyom, hogy Kisleludon minden esztendőnként adjanak az barátoknak tiz ka(szaalja) fűvet, az apáczáknak is ugyan tiz kaszaalja fűvet. Továbbá hagyom az én leányomat oltalmul főképpen az én fiaimnak mindnyájon, és annak utánna az én házasság leányimnak, hogy oltalmazzák és gondját viseljék mind tartásának, mind nevelésének, és egyenlőképpen egyesüljenek meg az vérekkal, hol legyen lakása. Minden ruhát anyjától maradtat hagyok az én leányomnak, hagyom is, hogy mikor az Ur Isten szerencsét parancsol nekie, házasságát főképpen ki az gyergyai lakó háztól, és a szentannai háztól való marháából ennek

1) **Csik-Szenttamás.**

2) **Földön lakó** = jobbágy.

3) **Maros-Szent-Anna**, Maros széken.

4) **Kislelud**, Maros széken.

5) **Maga**, régiesen **noha** értelemben.

utánna az atyafiak mindnyájon egyenlőképpen, mint az ő tisztességek adja. Továbbá hagyom, az tó hasznából hogy az én fiaim szegényeket segéljenek Isten nevéért, és az barátokat és apáczákat is segéljék az tó hasznából, az mennyire lehet. Továbbá az kis szekrényt is hagyom az én leányomnak, és hogy még egyet csináltassanak nekie Ségesváratt flor. VI. Továbbá hagyom, hogy az én fiam Lázár István onnéton belől Gyergyóból mindenkor segélje az én több fiaimot, kik ide ki laknak. Az én leányomnak Orsola asszony-nak ¹⁾ hagyok négy kalánt ezüstét, egy ezüst kupát, és egy serleg ezüst pohárt, és negyven arany forintot. Továbbá az én ezületes szablyámat és (ezüs)tes buzogányomat hagyom az én fiannak Lázár Mihálynak, megint ugyan nekie hagyok negyven arany forintot. Ugyan nekie az ezüst korsót és az megjegyzett ezüst pohárt hagyom. Továbbá hagyok a szentannai házhoz három ezüst kalánt, Lázár Imrének hagyok egy nagy ezüst aranyos kupát. Lázár Jánosnak hagyok egy ezüst serleg pohárt nagyot az kristály pohárral egyetembe. Hagyok magamnak két nagy aranyos kupát, egyiket hogy kehelyt csináltassanak belőle, az másikat hogy az szentannai egyházat csináltassák belőle az árrá vál. Lázár Istvánnak hagyom az aranyos kupát, és az ezüst pohárt, a ki nála vagyon, és az gyergyai egyházhoz adott ezüst kupát is nekie hagyom, így hogy az Petki Jánosnál való kupát megváltsa, és az helyébe adja az gyergyai egyházhoz. Továbbá hagyok három török aranyot aranyoznia az kehelyre. Az kamuka foszlánt hagyom Lázár Istvánnak. Az én fiannak Ferencznek hagyok egy aranyos kupát és egy ezüst csészét. Továbbá hagyom, hogy az kik engemet szolgáltak és szolgálatokról meg nem elégítették, hogy megelégtessék őket az én marháimból, mindent mind egy fillérig, kinek bizonyága, lehet. Ezen kívül is, a ki bizonyágot tehet rólla, hogy adós voltam neki, hagyom hogy megelégtessék. Továbbá hagyom, hogy az mely árra fizetetlen örök vagyon én nálam, ha az kié volt vissza kívánja, nekie megbocsássák minden okvetés nélkül, ha pediglen ki az árrát akarja elvennie, hagyom hogy az árrát nekie megadják. Továbbá az mely széna füvet az kisleludi határon adtam vala Mihály deáknak, melyet irtott is, hagyom hogy nála hagyjátok, és tőle el ne vegyettek; ő is tüteket úgy szolgáljon, mint engemet szolgált. Továbbá

¹⁾ Petki Jánosnének.

hagyom, hogy a kisleludi malom hasznából is nekie segítséggel legyenek, és segítjétek. Továbbá Köpeczi Tamásnál is nála hagyom az széna rétet, tū is tőle el ne vegyétek, de ő is titeket úgy szolgáljon, mint engemet szolgált. Ez testamentum irattatott az ide felmegnevezett napon, mikoron irnának születés után ennyi esztendőben 1549. Executores lego praefatos Thomam Köpeczi, Michaellem litteratum de Székely Vásárhely.

Hiteles átirata a Szárhegyi és Gyalakuti Lázár István és János között folyt perben 1607-ben Bocskai István nevében kelt eredeti ítéletlevélben megvan a Szárhegyi gr. Lázár család levéltárában. — Innen gr. Kemény József által sajátkezüleg vett másolata az erd. Muzeum kézirattárában (Jos. Com. Kemény Diplom. Trans. Supplem. VI. köt.).— Az 1607-diki eredeti ítéletlevélből némi olvasási eltérésekkel kiadta gr. Lázár Miklós, A gr. Lázár család. 49—51. 1.

CCXCIV.

Izabella királyné néhai Kérész Máté özvegyének Zsófiának s fiának Kérész Mihálynak Farkaslaki Demjén Péter ellen ennek Udvarhely széki Etéd helységébe, lévő minden székely öröksége feléért Udvarhelyszék törvényszékén indított s onnan a királyi udvarhoz feljebbezett perében a felpereseket meg nem jelenésükért 6 forint bírságban elmarasztalja, az alperest pedig a kereset alól teljesen fölmenti, s meghagyja egyszersmind több megnevezett székelynek, hogy az említett bírságot a felperesek bárhol találtató székely örökségeiből hajtsák be. Kelt Gyula-Fejérvártt 1550. januárus 20-dikán.

Isabella dei gracia Regina Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris **Agilibus Francisco Galfi de Kechet, Georgio Galfi de eadem, Demetrio Gedeo, Andree Birtalan, Petro Albertfi de Etéd, Paulo Albertfi et Andree Kelemen de Farkaslaka** Salutem et gratiam. Noveritis quod Nobis Sabbato ante festum beate Agnethe virginis, instante scilicet termino celebrationis Judiciorum festi Epiphaniarum domini proxime preteriti, ad guam in videlicet terminum

vniuerse cause fidelium Regnicolorum nostrorum Hungarorum, et trium nationum Transsylvanie factum minorum actuum potenciario- rum, ab ingressu quondam Magnifici domini Petri Petrouith de su- racliyn Comitum et Locumtenentis nostri patratorem, item obligami- num, decimarumque et appellationum tangentes et concernentes, per Maiestatem nostram generaliter fuerant prorogate, vna cum Ma- gistris nostris Prothonotarijs et Juratis Sedis nostre Judicarie As- sessoribus pro faciendo causantibus moderatio Judicio in Sede no- stra Judicaria pro Tribunali sedentibus, Agilis **Petrus Demien de Farkaslaka** pro se personaliter vt Incausam attractus, iuxta logatio- nem Agilis **Petri Wilkei nuncij Sedis Vduarhelij** in figura Judicii nostri comparendo, Que quidem legacio continebat, quomodo hone- sta mulier Sophia relicta Agilis quondam Mathei Kerez, et Michael Kerez filius eiusdem de prefata **Eted** veluti Actor, in Sede Vduar- helij contra ipsum Incausam attractum proposuissent eomodo, Quali- ter prefatus Incausam attractus totam medietatem **hereditatum Sicu- licalium**, tam domesticarum, quam eciam campestrium in possessio- ne Eted predicta et territorio eiusdem in Sede Vduarhely existen- te habitatum, per potenciam pro se occupasset. Quo audito Agilis Caspar Keczeti protunc procurator ipsius Incausam attracti, ex eo quod ipsum Incausam attractum graui egritudinis sue lecto decubu- isse allegasset, causam eandem differri postulasset, que
..... Sedis ipsa ad tempus conualescencie et restitutionis pri- stine sanitatis ipsius Incausam attracti distulisset. Quo Judicio Se- dis Vduarhely Actores non contenti, causam eandem in Curiam no- stram Reginalem, nostram scilicet in presenciam, maturius reuiden- dam appellasset. Qua quidem legacione prefati nuncij Sedis Vduar- hely modo premissa coram nobis facta, a notatus Incausam attractus allegauit eo modo. Quod licet causa prescripta per annotatos Acto- res adhuc ad terminum celebracionis Judiciorum festi beati Martini Episcopi proxime preteriti in Curiam nostram filijque nostri Sere- nissimi Regiam, nostram scilicet in presenciam, appellata extiterit, Verum causa eadem, ab eodem termino, interueniente Regni proro- gacione, presentem terminum Judiciorum festi Epiphaniarum diem dilatiue attigisset. Quo instante prefatoque Incausam attracto coram nobis comparente, predicti Actores premissam appellacionem coram nobis prosecuturi per annotatum Incausam attractum congruis diebus et horis presentis termini coram nobis in Judicio legitime

expectati, a nobis Judicium et Justiciam recepturi, Actores existentes nostram in presenciam venire vel mittere recusarunt, se in sex Marcis totidem florenos Hungaricales facientibus conuictos et aggrauatos permittendo, Supplicans idem Incausamtractus a nobis causa in premissa Judicium et Justiciam elargiri. Et quia, Actor ad prosecutionem cause sue Reo debet esse paracior, prefati Actores coram nobis legitime expectati causam ipsorum prosecuturi nostram in presenciam venire vel mittere recusassent, sed se in certis Judiciorum oneribus conuinci et aggruari permisisse, ex premissis reperiebatur manifeste, Ob hoc causam presentem sopiri et condescendi, ac annotatos Actores racione non comparicionis et non prosecutionis cause ipsorum in Sex Marcis totidem florenos facientibus, in duabus nostris Judiciarijs, in tercia vero partibus prefati Incausamtracti manibus prouenientibus conuinci et aggruari, Eundemque Incausamtractum ab vlteriori impetitione prefatorum Actorum in premissa causa absolui, et exonerari debere, nobis et prefatis Magistris nostris Protonotarijs et Juratis Sedis nostre Judicarie Assessoribus, nobiscum in discussione et examine presentis cause constitutis et existentibus, cernebatur manifeste, De quorum consilio prematuro et sana deliberacione, prefatos Actores in predictis Sex Marcis conuictos et aggrauatos, ac causam presentem sopitam et condescensam, ac irritam, deinde eundem Incausamtractum ab vlteriori impetitione prefatorum Actorum in presenti causa absolutum, quietum et exoueratum fore Judicando decreuimus et commisimus, prout decernimus et committimus per presentes. Fidelitati igitur vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus acceptis presentibus, statim sub oneribus alias in talibus obseruari solitis, simul vel duo vestrum, ad facies uniuersarum hereditatum Siculicalium prefatorum Actorum conuictorum, vbiuis in hoc Regno nostro Transsylvanico existencium habitatarum vicinis et commetaneis earundem inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, ibique primum de rebus et bonis mobilibus eorundem conuictorum, si que reperiri poterunt, illis autem non repertis vel non sufficientibus, de eorundem hereditatibus Siculicalibus, ipsos proprie et precise concernentibus, super presertis Sex Marcis totidem florenos facientibus, in duabus nostris Judiciarijs in tercia vero partibus prefati Incausamtracti manibus prouenientibus, Contradictione prefatorum Actorum et aliorum quo-

rumlibet preuia ratione non obstante, plenariam atque onmimodam satisfactionem impendere, Et post hec Seriem huiusmodi Execucionis vestre, vt fuerit expedita, nobis ad octauum diem diei Execucionis premisse fide vestra mediante referre vel rescribere debeatis ac teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albe Julie termo die termini prenotati, Anno domini Millesimo Quingentesimo quinquagesimo.

Lecta et correcta, proclamata, et extradata per Ladislaum de Mekche Proto-notarium Transsylvaniensem Serenissimarum Regiarum Maiestatum.

Eredetije a kolosmonostori convent levéltárában — Másolata az erd. Muzeum kéziratárában (Jos. Com. Kemény Diplom. Transs. Tom. IV. 421—424. 1.).

CCXCV.

Izabella királyné megparancsolja a gyula-fejérvári káptalannak, hogy a Szeben széki Kercz határát Fagaras földje felől, a Kőhalom széki Zombor határát az Udvarhely széki Ujfalú és Okland helységek felől, és a Szeben széki Dálya és Szakadát határát a Fejér vármegyei Hortobágy felől járassa ki. Kelt Gyula-Fejérvártt 1550. augustus 17-dikén.

Ijsabella dei gracia Regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris honorabili Capitulo Ecclesie Albensis Transsiluane, Salutem et gratiam, Dicitur nobis in persona fidelium Nostrorum prudentum et Circumspectorum Magistriciuum Judicis Regij et Juratorum Consulium ciuitatis Cibiniensis. Qualiter ijdem exponentes, possessionum Regalium kercz, in Cibiniensi a, Jurisdictione terre Fogaras, Sombor in kewhalom, a **possessionum wijffalw, et oklond, Wdwarhel Siculicali**, ac dallija et Zakadath similiter Cibiniensi Sedibus, a Horthobaghfalwa vocatis in Coutitatu Albensi possessionum existencium habitaram, metali reambulacione plurimum in-

digerent et essent necessarij, Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus. Quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente petrus Gerendj, Joannes et Christophorus de Eczel, Joannes Nagh, Caspar AmbroWyth, Michael et Gregorius horwath de Mjkezaza, Andreas Wez-zewdij Adam et Caspar Bolijajj, franciscus Henther de Mjhalfahva, Christophorus Thomorij de kewesd, Gregorius ozdj, Simon et Lucas Gereb de Bwrkews, Georgius de prepostffalwa, Joannes de Sarpathaka, Martinus Sarpathakj, Ludouicus valentinus Mohajj et franciscus Morgondajj de Moha, ac Joannes Thoma de Marthonhegie, alijs absentibus, homo noster per Nos ad Id specialiter transmissus, ad facies predictarum possessionum keercz, Sombor, dallija, et Zakadath, consequenterque metarum suarum reambulandarum vicinis et Cometaneis earundem vniuersis Inibi legittime conuocatis et preseutibus accedendo Metas earundem possessionum per Cursus antiquos signaque metalia reambulare, Ac Nouas Juxta veteres, vbi Necessse fuerit erigere, veteres reformare, destructas restaurare et renouare, ac Metalibus signis legittime distinctas et ab aliorum Juribus separatas, annotatis exponentibus, cum his quibus congruit perpetuo possidendas statuere eosdemque in dominio earundem relinquere debeat et teneatur, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, Euocet eosdem ad festum Natuitatis Beatissime Virginis Marie, ad quem videlicet terminum vniuerse cause generaliter sunt prorogate in Locumtenentis presenciam, Racionem Contradiccionis eorundem reddituros, Et posthec vos seriem huiusmodi Metalis reambulacionis et Ereccionis, cum Contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et Cometaneorum, qui premisse Metali reambulacioni intererunt Nominibus et Cognominibus terminoque assignato vt fuerit expedita eidem Locumtenenti nostro Conscienciose rescribatis. Datum Albe Julie dominica post festum Assumpcionis Beatissime Virginis Marie Anno dominj Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo.

A gyula-fejérvári káptalannak 1550. september 6-dikán kelt jelentéséből. Lásd CCXCVI. sz.

CCXCVI.

A gyula-fejérvári káptalan jelenti György váradi püspöknek, a királyné és fia helytartójának, hogy Izabella királyné aug. 17-dikén kelt parancsa értelmében eljárván, midőn aug. 20-dikán Kercz helység határait meg akarta járni és ujitni, Daczó Máté fagarasi várnagy asszonya Nádasdi Anna képében, aug. 30-dikán pedig Zsombor helység határjárása alkalmával Török Gergely, Bene Szeraphin és Illyés a magok és Ujfalú székelly helység községe nevében, valamint Polyák Miklós, ura Sükösd János nevében, ellenmondottak és tiltakoztak ; miért is őket Szeben szék ellenébe, ellenmondásuk okadására sept. 8-dikára a helytartó elébe megidézte. Kelt 1550. sept. 6-án.

Reuerendissimo domino fratri Georgio Episcopo Waradiensi Thesaurario Locumtenenti et Judici generali domino ipsorum obseruandissimo Pro prudentibus et Circumspectis Magistro ciuium Iudice Regio Juratis ciuibus et Consulibus Ciuitatis Cibiniensis, Contra et aduersus Magnificam et Generosam dominam Annam Nadasdj, item Agiles Gregorium Thewrewk, Seraphinum et Eliam Bene, ac **totam Communitatem possessionis Siculicalis Wijffalw**, ac Egregium Joannem Swkesd de Theremij, ad terminum Introscriptum, Metalis Reambulacionis, Contradiccionis et Inhibicionis ac Euocacionis Relacio. Reuerendissimo domino domino fratri Georgio Episcopo Waradiensi Thesaurario Locumtenenti Reginalis Maiestatis et Illustrissimi filij sui ac in Regno Hungarie et transsiluanie Judici generali etc. domino ipsorum obseruandissimo debitam Reuerenciam cum honore, Vestra nouerit Reuerendissima dominacio, Nos Literas Serenissime principis domine Ijsabelle dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. Regine domine nostre clementissime, modum et formam quarundam Metarum reambulacionum in se denotantes pro parte prudentum et Circumspectorum Magistriciuium, Iudicis Regij et Juratorum Ciuium et Consulum ciuitatis Regie Cibiniensis patenter in papiro emannatas, Nobisque preceptorie loquentes et directas summacum Reuerencia recepisse in hec verba,

Ysabella dei gracia Regina stb. (Lásd fõntebb **CCXCV. sz. alatt**). Nos igitur Mandatis dicte domine nostre Regine in omnibus vt tenomur obedire cupientes, vnacum prefato nobile Simone Gereb de Bijrkes homine suo Reginali in dictis literis Reginalis Maiestatis inter alios Nominatim Conscriptos specificato, nostrum hominem videlicet honorabilem Magistrum franciscum Rectorem Altaris Beatorum decem Millium Militum et Martirum In hac Ecclesia nostra Albensi predicta fundati ad premissarum Metarum reambulacionem Renouacionem et ereccionem faciendam nostro pro testimonio transmisisimus fidedignum, Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis vni-formiter retulerunt in hunc modum, Quomodo prelatus Simon Gereb, homo Reginalis, dicto nostro testimonio presente feria tertia proxima post festum Beati Bartholomei apostoli proxime preteritum ad faciem prefate possessionis kércz vocate, vicinis et cometeaneis Inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, et dum Metas eiusdem reambulare et Renouare voluissent, Extunc Egregius Mattheus Daczo Castellanus Castri fogaras, in Magnifice et Generose domine Anne Nadasdj domine sue Nomine et in persona, huiusmodi Metarum Reambulacioni et Renouacioni, Contradiccionis velamine obuissset, Deinde Sabbato proximo post festum decolacionis Joannis Baptiste nouiter preteritum Idem Simon Gereb de Bijrkes, homo Reginalis, dicto Nostro testimonio presente, Ad faciem possessionis Sombor vocate in dicto Comitatu Albensi existentis vicinis et Cometaneis eiusdem vniuersis Inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, et dum Metas eiusdem a parte occidentali in loco Chalabercz vocato Reambulare et Renouare incepissent, Extunc **Agiles Gregorius Thewrewk, Seraphin et Elias Bene, in eorum et tocius communitatis possessionis Siculicalis Wijffalw vocate** ¹⁾, Ac die eodem Ibidem Nicolaus poljak in persona domini sui Egregij Joannis Swkesdj, similiter dicte reambulacioni Metarum possessionis Sombor contradiccionis velamine obuissset, et nec vltra progressi fuissent. Ob cuius Contradiccionis Inhibicionem, homo Reginalis, dicto Nostro testimonio presente, Memoratos dominam Annam Nadasdi, Item Gregorium Thewrewk, Serafinum et Eliam Bene de Wyfalw in ipsorum et tocius Communitatis possessionis Siculicalis Wijffalw nominibus et in personis, ac Joannem Swkesdj, dictis Mattheo Daczo, Gregorio Theorek, Seraphino et Elia Bene ac Nicolao Pol-

¹⁾ A Szász-Zsomborral határos **Homoród-Ujfalú** Udvarhely széken.

jak, palam Audientibus Contra Annotatos Magistum cuium Judicem Regium ac Juratos ciues et, Consules ciuitatis Cibiniensis ad festum Natiuitatis Beatissime Marie virginis dominacionis vestre Reuerendissime personaliter Euocasset in presenciam, Racionem Contradictionis eorundem reddituros, Seriem autem Reambulacionis Inhibicionis et Contradiccionis huhismodi, prout Nobis relata est, dominacioni vestre Reuerendissime Conscienciose rescripsimus, Datum die Septimo Contradiccionis et Inhibicionis prenotatarum, Anno dominij Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo supradicto.

Szamosfalvi Mikola László alhelytartónak Szász-Sebesen 1551. január 13-dikán kelt ítéletleveléből, melyben az ellenmondókat, kik törvényszéke előtt meg nem jelentek, külön külön 3 márkában elmarasztalván a határkijárást újra megrendeli, s melynek eredetije papíron megvan a szász nemzet levéltárában (IV. 597.).

CCXCVII.

I. Ferdinánd király a székelyek közönségét, az ő ügyéhez való ragaszkodásukért, a török elleni buzgó készségökért megdicséri, kirtartásra buzditja, segélyéről, oltalmáról és kegyéről biztosítja. Kelt Bécsben 1551. october 21-dikén.

Ferdinandus diuina fauente clemencia Romanorum Hungarie Bohemie etc. Rex Semper Augustus etc.

Egregij et Agiles fideles nobis dilecti. Cum ex litteris fidelium nostrorum Reuerendissimi in Christo Patris fratris Georgij Episcopi Waradiensis Waywode ac Thesaurarij nostri Transyluaniensis, ac Spectabilis et Magnifici Joannis Baptiste Castaldi Marchionis Cassani ac Serenissimi Regis Maximiliani filij nostri Locumtenentis generalis, proxime intelleximus, quo in statu negotia istarum Regni nostri partium inferiorum essent, simul de promptitudine alacritateque animorum vestrorum, quibus vos vti fideles subditos et constantes viros decuit, pro patria, pro religioe christiana, ad omnes casus paratos obtulistis, Etsi molesta quidem nobis accidit

defectio nonnullorum ex inferioribus partibus, qua defectione facilius hosti aditus ad primos subitoseque eius explendos conatus paruit, et simul aegretulimus cunctationem subsidiorum tam nostrorum, que quidem multo antea a nobis comparata et in eas partes fuerant ad defensionem expedita, quam etiam nonnullorum fidelium nostrorum ex istis partibus, vestra tamen ista animorum propensione ac promptitudine, qua vos intelleximus, mirifice gauisus sumus. Et quamuis neque antea neque hoc maxime tempore quicquam nobis de vestro studio, fide, diligentia dubitandum esse arbitrati sumus, quippe quos confidimus cum prefatis Waiwoda et locumtenente generali, non mediocri numero neque vulgari apparatu, quocumque hactenus exegit necessitas in expeditionem esse profectos, Voluimus tamen vos elementer hortari, vt in isto animorum ardore persistentes, ita vobis persuadeatis, nullum auxilij aut defensionis genus a nobis etiam in posterum pretermissum iri, quo diuina ope in vestra incolumitate permanere, et que subito inopinatoque hostis aduentu ac nonnullorum defectione et cunctatione per hos dies amissa sunt recuperentur. Nostram in vos gratiam ac munificenciam potestis vobis omni tempore polliceri. Datum Vienna die Vigesimo primo mensis Octobris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo primo.

Ferdinandus m.p.

Nicolaus Olahus
Episcopus Agriensis m. p.

Kivül: Egregijs et Agilibus Vniuersis et singulis trium generum Siculis partium Regni nostri Transylyanarum fidelibus nobis dilectis.

Eredetije a gyulafejevári káptalan levéltárában (Miscellaneorum Cista III fasc. I. nro. 41.).